11 sola licētia, sine vtilitate monasterij. ¶ † Quero an denūtiare posſit monach⁹? Glo. dz qȝ sic: qr cuilibet dictū videtur, si peccauerit, ⁊c. In cōtrariū. xvi. q. i. placuit. vbi dicitur quod monasteriū exire non dȝ, ⁊ mortuus reputatur. Inn. dicit quod potest, ⁊ debet denūtiare, etiā abbate ɔ̄dicente. Vin. dz qȝ non admittit monachū denuntiantē in forma iudicij alios, q̄ fratres suos. Fateri videt qȝ ad p̄latū pōt, non obstante qȝ exire non dȝ: qr hoc verū est p lucro terreno: sed pro lucro animarū sic. Et hoc tȝ Host. in Summa in loco p̄allegato. etiā abbate cōtrariū imperāte: qr magis est obediē

12 dū Deo, q̄ hominib⁹. xi. q. iij. Jul. de iud. nouit. ¶ † Querit gl. an quid monach⁹, qui est i scholis de licētia abbatis, possit agere vel accusare. glos. respondet q̄ si eius est interesse, pōt: qr ex quo est in scholis de licentia abbatis, per cōsequēs omnia intelligunt cōcessa, sine quibus nō potest esse cōmode. per hoc dicit Inno. ɔ̄. c. p̄xi. q̄ monachus episcopum, cuius est cubicularius, poterit accusare etiam sine abbatis licentia. ij. q. vij. cū pastoris. ⁊ c. seq. alias nō exequeretur laudabiliter officiū suum: ⁊ denūtiare tenet saltem crimē

13 committendū: ⁊ hoc magis cōsuluit in monachis. ¶ † Not. autem Jo. an. in d. c. cū pastoris. q̄ non habet expēsas a monasterio deferendo aliū, quam abbatē. Hoc dictū puto verū, quādo nō p̄sequit vtilitatem monasterij: qr hoc casu habebit expēsas. arg. huius. c. ⁊

14 c. vt preterite. de elec. li. vj. ⁊ eorū, que no. hic Inn. ¶ † Querit glo. an tunc cū esset in scholis, posset pro aliquo intercedere. gl. tenet q̄ non: vt per hoc obligetur monasteriū, cū hoc nō intelligit abbas, nisi quo ad propriam necessitatē attinet: ⁊ hoc si abbas concedit. Dicit Host. q̄ hec eadem fuit additio: ⁊ dicit etiam q̄ p̄pter suas expēsas, nisi aliā haberet potestatē spālem, nō posset obligare monasteriū. allegat iura p̄cal. x. q. ij. hoc ius. De materia est glo. ij. q. vij. cū pastoris. xij. q. j. nō dicatis. vbi etiā notat an vestis, qua vtit monach⁹, sit sua, ⁊ an possideat eā: ⁊ dicit ibi q̄ nō: ⁊ in spe. de acti.

15 §. i. ver. itē excipit ɔ̄ actorē, q est monachus. ⁊ ver. seq. ¶ † Querit gl. q̄ expense, ⁊ quales debeāt ministrari huic monacho. Glo. dicit q̄ erūt expense necessarie, sine quib⁹ non pōt causa terminari. Ad hoc allegat. ij. q. j. in primis. Dicit Jo. an. q̄ per hoc ptȝ q̄ loquit ēt de expēsis litis, sm Lā. ⁊ Vin. ad hoc. ɔ̄. de os. dele. c. p̄terea. el. ij.

1 ¶ Missam qui non premissa digestione, seu dormitione celebrauit, beneficio suo priuatur.
2 Beneficio priuatur quis, quod habet ad tempus commendatum, ⁊ lapsum est tempus.
3 Beneficium potest ad tempus commendari.
4 Non ieiunus p̄sumitur, qui inter pastum, ⁊ potum, ac misse celebrationem non dormit.
5 Confessio coacta non preiudicat confitenti. 12.
6 Spoliatus post appellationem legitime interpositam potest restitui, licet per sententiam sit legitime priuatus.
7 Beneficij concessio p̄sumitur perpetua, nisi probetur ad tps.
8 Accusatus presbyter an potuit adstringi ad iurādum de veritate circa crimina, que opponuntur.
9 Possessorio agenti an obstet exceptio proprietatis.
10 Commendare quid est.
11 Quare celebrare de mane, ⁊ pernoctare absq̄ dormitiōe adscribatur delicto.

1 Si constiterit. ¶ † Ebriosus, qui nō p̄missa digestione missam celebrauit, beneficio suo priuat. h. d. Et primo instruit qñ ɔ̄ accusatū p̄nuntiādū est. Scdo, qñ pro eo, sic ceterū. Casus. Sacerdos qdā noie. o. ptendēs se spoliatū bñficio a iudice suo absq̄ rōnabili cā agebat possessorio ɔ̄ substitutū in bñficio possidentē, sm gl. O ppōnebat qȝ rōnabilr fuerat spoliatus, ⁊ de iure, ⁊ sic non erat spoliatus de facto, sed priuatus de iure. qr cū alias esset conuictus qȝ beneficium habebat tpaliter, ⁊ pernoctauerat i taberna, ⁊ celebrauerat nō p̄missa digestiōe, seu dormitiōe. Replicatū erat per ipsum. O. qȝ nō erāt vera excepta, imo ipsum in perpetuum, ⁊ canonice habebat, ⁊ nūq̄ fuerat cōfessus de aliq̄ crimine, vel cōuict⁹: merito non debebat spoliari: quinimo ipse fuerat spoliatus post appellationē. papa mādat de hoc inquiri: vt pȝ

2 infra. ¶ † No. i. duas cās habiles ad priuādū quē bñficio, qñ scilicet bñficiū est ad tps cōmendatū, ⁊ lapsum est tps. Scdo qñ per-

3 noctauit in taberna, ⁊ celebrauit nō premissa dormitione. ¶ † Ex

4 hoc nota qȝ bñficiū pōt ad tps cōmēdari. ¶ † Scdo no. qȝ q non dormit inter pastū ⁊ potū, ⁊ celebrationē, p̄sumit añ digestionē, et sic non ieiun⁹ celebrare. In hoc tñ est consideranda distantia tpis inter celebrationē ⁊ pastū, sedm doct. hic. Not. qȝ exceptio notoria defectus tituli obstat agenti possessorio recuperande. Et not. hoc verū, siue sit notoriū confessionis, siue probationis, siue notorium

5 facti. de quo de resti. spo. in literis. ¶ † No. qȝ coacta cōfessio nō p̄iudicat cōfitenti. ¶ No. hic vnū modum procedēdi. qñ quis ponit ad rationem: vt qr superior habens suspectū tenentem beneficiū, vocat cū ad iudicium, ⁊ petit rationem quo teneat beneficiū. qȝ in tali iudicio, ⁊ p̄cedendi modo transit confessio in notoriū. Et dicit hic Host. qȝ cum hic erro de potu, ⁊ celebratione, fuerūt notoria, ⁊ vt notoria epō nuntiata, potuit, ⁊ debuit epūs presbyterū ad rōnē ponere, ēt si infamia, vel monitio non p̄cessit. Remittit ad Sūmā.

6 spāle de crimine sine cadine puniēdo. ¶ † No. qȝ priuatus ex legitima cā, si post appellationem legitime interpositā spoliet, pōt vt

7 spoliatus restitui. ¶ † No. sm Host. quod confessio facta de bñficio presumitur perpetuo, nisi probet tps. de quo de cōst. cum venissent. de do. c. pastoralis. Et p hoc arguit Abbas qȝ etiā posset populo commendari de parochijs. Tene qȝ habeo de ele. nemo dein-

8 ceps. lib. vj. vbi ponunt in gl. multa notata p Inn. ¶ † Quero an hic p̄sbyter potuit adstringi ad iurādū de veritate circa crimina, que opponunt. Et videt qȝ nō: qr excludit omnis coactio: vt in litera. Host. dicit qȝ per hoc nō intēdit excludere exactionē iuramēti pro veritate dicēda p̄standi. de ele. significasti. de iureiu. ⁊ si xps, nec in tortura pro veritate hac inquirenda p̄cedētib⁹ pbabilibus indicijs. ff. de questio. l. j. de quo. de depo. c. j. de reg. in. cū in contemplatione. li. vi. lȝ a iudice possit ab eo, ɔ̄ quē inquiritur, exigi tale iuramētū, nō tñ ab accusato. An aūt in criminalibus possit deferri iuramētū reo, vel actori. Gl. qȝ nō, ēt si agit de crimine ciuiliter. ɔ̄. de testi. c. tā literis. de quo plene per Bar. in. l. maritus. in fi. ff. de q̄stionibus. Pōt esse rō, qr inquisitio nō fit sup occultis, sup quib⁹ tñ admittitur accusatio, fȝ Host. Dicit tñ q̄ nō pōt p̄prie dici occultū, ex q̄ qs accusat, cū ex hoc p̄cedat ifamia. ɔ̄. c. cū P. Vñ ⁊ in crialibus iurat de calūnia. de iur. cal. c. j. ⁊ vide qȝ dicā. j. c. qualiter

9 el. ij. in. §. dz. ¶ † Gl. j. ponit casum. sm quē gl. dz. qr ɔ̄ agentē possessorio nō admittit exceptio p̄prietatis. de resti. spo. in fi. c. c. solicite. Dicit Inn. supplēdo ad gl. ⁊ Jo. an. qr hic agebat petitorio ⁊ possessorio. Nunc adaptant duo verba ibi. p̄petuū silentium imponi ⁊ ibi: in pace dimitti. Vel sustinēdo gl. dic qȝ opponebantur duo delicta notoria, ⁊ cōdia: qr de hoc opponebat disceptare ⁊ corā iudice ɔ̄fessum vel ɔ̄uictū in iudicio retro agitato. ideo tales exceptiones pñt admitti. de fi. presby. ɔ̄stitutus. de adult. significasti. ⁊ no. de resti. spo. in literis. aliā qȝ no. gl. de rest. spo. ad decimas. li. vi. Nō ob. q̄ snīa dirigat ad p̄prietatē in p̄petuū: qr hoc potuit iudex

10 ex officio, ex quo sibi notorie ɔ̄stat de effectu p̄prietatis. ¶ † Op. qȝ si erat cōmēdata, non potuerit etiā reuocare: qr qȝ ab initio est voluntatis, ⁊c. l. in cōmodato. §. sicut. ff. cōmo. ɔ̄. de cōmod. c. j. Sol. Gl. dicit qȝ cōmēdare idē est qȝ deponere: ⁊ deponens, possessionē retinet: vnde pōt tale cōmendatū reuocare, ⁊ talis reuocatio, cum iste nō peniteat, nō causat sibi possessoriū. ¶ No. gl. sed plenj⁹ dic de isto iure cōmende, vt plene habet de elect. nemo deinceps. ⁊ ibi no. qȝ vbi est cōmēda ad tps, non pōt ante tēps reuocari sine iusta cā. Glos. ergo nostra dȝ intelligi, qñ simplr, ⁊ nō ad certū tps fuit cōmendata, ⁊ vide de elec. dudū. el. ij. Glo. in verbo, pernoctare, est

11 clara. in fi. dicit idem no. l. xxvi. di. nosce. ¶ † Quero quare pernoctare, ⁊ celebrare de mane absq̄ dormitione adscribit ad delictū. Glo. dicit, qr vr celebrasse non ieiun⁹, sed pransus propter indigestionem. Host. dicit qȝ nō dormitio nō fuit cā huius priuationis, sed peccatū ebrietatis, in quo p̄sumebat esse cū celebrauit, nam sine dormitione posset cibus digeri. Vnde refert se habuisse sociū qui per octo dies non dormiebat. Ad hoc qȝ no. de cōse. di. j. sacramenta. ⁊ qȝ no. de cele. mis. ex parte. Dicit tñ Host. qȝ intrare tabernam, ⁊ semel inebriari, nō est iusta cā priuationis. Remittit ad no. de vi. ⁊ hone. cle. a crapula. Ad hoc. xxv. dist. criminis. Sȝ celebratio ante digestionem bene est iusta cā. ad hoc. vij. q. j. nihil. Dicit, si assuet⁹, est inebriari, ⁊ tota nocte stetit, ⁊ cōtinuauerit delictū ebrietatis, hic est legitima cā de se. Idem si non est inebriat⁹, ⁊ celebrauerat añ digestionē, si hoc cōstat in dubio p̄sumit qȝ digestionē nō fecerit, qñ tota nocte ɔ̄tinnauit potationē, ⁊ nō dormiuit, vt hic, ⁊ sicut modicū fuit internallū inter potationē, vel cōmessationē, posset aūt esse tm̄ interuallū, qȝ etiā sine dormitione p̄sumere

12 tur digestio. ¶ † O pp. qȝ nō p̄iudicet cōfessio: qr debet fieri p̄sente parte: vt. l. certū. §. ij. ff. de cōfes. Gl. fatet qȝ debuit fieri pte p̄nte. Hoc intellige in priuatis causis, non in publicis ad cōmodum priuatum, quo ad publicum sufficit presentia iudicis.

1 ¶ Inimicus a voluntaria exceptione repellitur.
2 Ab accusandi facultate inimicus repellitur. 10.
3 Testificandi actus in causa criminali constituit quem inimicum eius, contra quem testificatur. nu. 1.
4 Confirmatus a papa non potest consecrari, vel benedici sine pape licentia.
5 Appellationi si iudex a quo detulerit, an possit deinceps de causa cognoscere.
6 Benedictio abbatisse an habeat eundem effectum, quē habet benedictio abbatis.
7 Exceptio criminis an admittatur contra confirmatum petētem benedictionem.

8 Si contra appellationem legitimam fiat benedictio, an teneat.
9 Accuſare an poſſit laicus clericum, vel abbatem, ſeu prelatum.
10 Teſtimonium ſiquis in cauſa criminali tulerit contra aliquem an propter hoc tanquam inimicus repellatur ab accuſando.

1 **Meminimus.** ¶ †Inimic⁹ etiã a voluntaria exceptione repellit̃.h.d. Primo ponit mãdatũ nõ executũ, ⁊ ei⁹ cãʒ. Scdo, cãʒ improbat, ⁊ illud exequi mãdat. Caſus. Abbatiſſa quedã cõqueſta fuit dño pape quaĩr ep̃s, cui ipſe mãdauerat ꝙ ipſaʒ deberet bñdicere, cum eſſet ꝯfirmata p ſuã ſctitatem, tale mãdatum diſtulit adimplere, eo qꝫ quidã. M. interpoſita appellatione ad ſedẽ aplicam dixit corã dicto ep̃o ꝙ volebat ipſam de ſimonia accuſare, ⁊ ꝙ reuera dictus. M. erat eius inimic⁹, ⁊ teſtimoniũ tulit in alia cã ꝯtra eã petẽt, ⁊ ſupplicauit ſctitati ſue, vt dignaret̃ dicto ep̃o mandare, vt non obſtãte appellatiõe dicti. M. bñdiceret ipſam: papa ſcripſit dicto ep̃o, vt in lr̃a pʒ. ¶ No. ar. qđ crĩs exceptio admittit̃ ↄ ꝯfirmatũ munus benedictionis petentẽ, ac ſi ipſa petat quid iuris, ⁊ nõ poſſeſſorẽ meri facti. ¶ Not. ij. ꝙ abbatiſſa bñdicit̃, ⁊ ꝙ hic act⁹ eſt a ꝯfirmatiõe differẽs, ⁊ interuenit poſt confirmationẽ.
2 de ele. venerabilem. ¶ †No. inimicum repelli a facultate accuſandi, ⁊ de accuſatiõe ꝓponẽda excipiẽdi: ⁊ qđ repellit̃ ab exceptione
3 voluntaria criminis: ſic repellitur ab accuſatione. ¶ †Tertio no. ꝙ actus teſtificandi in criminali cõſtituit quẽ inimicũ eius, ↄ quẽ teſtificatur. Et ſic q̃q̃ inimicitia ſurgit ex cã iuſta, nihilominus p hoc repellitur a facultate accuſandi. Ad hoc qđ no. de re iud. cum I. ⁊ A. Et facit quod iudex poſſet recuſari vt ſuſpect⁹, lʒ dederit cãm inimicitie recuſans. de quo de ap. īterpoſita. vbi dixi. notoriũ
4 inimicum poſſe repelli per iudicem ex offõ. ¶ †No. Io. An. ar. cõfirmatũ p papam, ꝯſecrari, vel benedici nõ poſſe ſine pape licẽtia. Ad qđ de ele. c. ante ꝑe. li. vi. vbi de hoc in vlt. gl. de tem. or. cũ in diſtribuendis vt lit. pen. eccleſia. cl. ij. quod verũ puto, niſi aliud habeat ꝯſuetudo illius eccleſie. de ele. nihil. ¶ Op. ꝙ hñ etiam repulerit, ex quo accuſatio pẽdebat, vel delatio ↄ eum. 3. c. omnipotẽs. Sol. Poteſt dici quod hic dicebat ſe accuſaturum, qđ poterat in diebus illis, nec aliud porrexerat, ⁊ pp futuram accuſationem nõ debebat impediri. de appe. ꝯſtitutis. cl. ij. Nam ꝯparẽs nõ admitteretur, vt ſequitur. Alij dicunt ꝙ bene diſtulit. Hoſti. dicit quod īmo male: ⁊ alr̃ rñdet ad. c. oĩpotẽs ꝙ loquit̃ qñ apud bonos ⁊ graues erat infamia ex accuſatione, vel denũtiatione iã facta. Hic võ nõ erat facta, nec poterat ꝑ tũc fieri: qꝛ erat mortu⁹ inimicus: ⁊ eõ
5 nõ debuerit differri benedictio, ſatis pʒ ex ſe. ¶ †Op. ꝙ ſi detulit appellationi. nõ poſſet amplius cognoſcere. de ap. c. cũ appellationibus. li. vi. So. lr̃a nõ ſonat hic qđ detulit, ſʒ de facto nõ bñdicendo deferre videbat̃: ⁊ hoc pʒ, qꝛ ſuperior lr̃a dicit, nõ decet: nõ dicit nõ decuit. Et dato qđ velles dicere illum detuliſſe, ⁊ aplos delatorios dediſſe nõ tñ probaret: qꝛ deferens penitere poſſet: qꝛ hic p iudicem ad quẽ fuerat appellatum fiebat remiſſio: ⁊ ſic nõ ob. his q̃
6 no. de ap. ꝯſtitutis. cl. ij. ſuper verbo, ꝯfirmauit. ¶ †Quero an benedictio abbatiſſe habeat illũ effectũ, quẽ hʒ benedictio abbatis. Dic, lʒ abbatiſſa bñdicat̃ ſicut abbas. de elec. indemnitatibus. lib. vi. nõ tñ eſt idẽ effect⁹: qꝛ abbas monachos bñdicit, nõ tñ abbatiſſa. de ſup. neg. prela. c. i. ⁊ minores ordines confert. de eta. ⁊ qualit. cũ ꝯtingat. Que non facit abbatiſſa, cũ ſint actus viriles. Ad hoc de ma. ⁊ obe. dilecti. de arbi. dilecti. de pe. ⁊ remiſ. noua. Et ibi not. ꝙ munus huius bñdictiõis quocũq; tpe fieri poſſit, cũ per ipſum nulla det̃ ptãs ordinandi: ꝙ ſecus eſt in bñdictiõe abbatis, p quã dat̃ ptãs ordinãdi vt dictũ eſt. 3. ergo ſolũ dʒ fieri his dieb⁹, quib⁹ ordines ꝯferunt̃. Et hoc ibi tʒ Pau. de Eleaʒa. Et an teneat̃ pſonalr̃ ire ad ꝓſequẽdã appellationẽ rõne ꝯfirmatiõis tũc immediate ſubiecte: dic vt de elec. indẽnitatib⁹. §. ſʒ cũ eae. li. vi. Et ſi nõ petit ꝯfirmationẽ vel bñdictionẽ īra tp̃s debitũ: dic ꝙ cadit a iure ſuo ipſo iure: vt in cle. attendentes. §. ſtatuimus. de ſta. mo. ⁊ qđ ibi not.
7 ¶ †Quero an ↄ petentẽ bñdictionẽ poſt cõfirmationẽ admittat̃ exceptio. Dic ꝙ ſic, dũmõ opponẽs ſit idone⁹ ſʒ Inn. qꝛ locus eſt examinatiõi, anteq̃ bñdicit̃: vt no. de ele. venerabilẽ. ſup vbo, examinatio. 3. ſʒ nunqd. pp quẽ dicit Abbas ꝙ ẽt ille, cui bñdictionẽ cõmittit papa exceptiones tenet̃ admittere: qꝛ non eſt merus executor cum
8 hẽat examinare. xxiiij. di. laici. ¶ †Quero, ſi ↄ appellationem legitimã ſit bñdictio an teneat. Dubiũ qõnis pendet an ſit iterabil̃. de quo vide qđ no. gl. de ſta. mo. cle. attendentes. in ṽ. bñdicti. õ cõſecratiõe ep̃ali nõ ẽ dubiũ: qꝛ illa imprimit characterẽ, ẽt ſi iniuſte fiat. de q̃ õ elec. ꝓuida. in gl. electio. li. vi. ¶ Op. ꝙ nõ foret neceſſaria hec accuſatio cũ excipere poſſet, ex quo petebat bñdictionem. Glo. dicit ꝙ hẽbat locũ accuſatio: qꝛ hic deijciebat̃ ab obtento dic
9 vt dixi. 3. ¶ †Op. ꝙ poterat excipi hoc crimen ↄ abbatiſſam: Nã hoc eſt de exceptis: poterat ergo opponi p laicũ. Gl. fatet̃, ⁊ non re
10 pellitur qꝛ laicus, ſed repellit̃ qꝛ inimic⁹. ¶ †Quero an eo qđ quis ſit teſtis in cã criminali ↄ aliquem, poſſet propter hoc tanq̃ inimicus repelli ab accuſando. Glo. dicit quod ſic, quando in eadem cã vel conſimili teſtificatus eſt ⁊ ab alio accuſatus. Pondera iſtam glo. qꝛ multum reſtringit tex. inquantũ vult eandem ſore cãm, vel conſimilem. Hic aũt temperat hec vera vt teſtis in criminali repellatur tanq̃ inimicus, quãdo ad teſtimonium ſe obtulit: vel ſaltem teſtificatus eſt abſq; compulſione: ⁊ ſic loquit̃. c. cũ. P. 3. eo. Secus ſi per iudicem coactus: tunc enim propter bonũ obedientie omnẽ ſuſpitionem, ⁊ calumniam euitaret. xxiij. q. i. quid culpatur. de tẽp. ordi. ad aures. de quo de teſti. c. fraternitatis ⁊c.

1 ☞ Accuſator poteſt ſine pena deſiſtere ante inquiſitionem.
2 Accuſatio admittitur per literas pape directas.
3 Citationis modus ſuper crimine eſt vt veniat reſponſurus ſuper obiectis.
4 Citari quis poteſt delatione facta ſuper crimine, nõ porrecto aliquo libello.
5 Practica procedendi contra deferentem que ſit.
6 Procurator poteſt intercedere in cauſa criminali ex parte denunciantis. nu. 12.
7 Ab accuſandi facultate poteſt quis excludi. nu. 13. 18.
8 In fame bone odore eſt delectandum, ⁊ non in male.
9 Iudex procedere dʒ in cã cum grauitate iudiciaria.
10 Citatio predeceſſoris quo caſu tranſeat in ſucceſſorem.
11 Succeſſor an obligetur ex citatione predeceſſoris.
14 Idoneior an ſit indiſtincte eligendus pluribus concurrentibus ſuper vna re, vbi omnes pretendunt intereſſe.
15 Corrigere poteſt inferior ſuperiorem quo ad monitionem Euangelicam.
16 Ab accuſatione poſt inquiſitionem licet abſq; pena diſcedere.
17 Ad inquiſitionem poteſt procedi non precedente infamia.
18 Poſt citationis actum contra accuſatum an ſit monendus accuſator: vtrum velit aliquid proponere contra accuſatum.
19 Actor temere vocans aliquem in iudicio damnatur in expenſis.
20 Contra accuſatorem abſentem qualiter procedatur, qui negligit cauſam accuſationis proſequi.
21 Ab accuſando excluſus quo ad vnum caſum, an quo ad alium caſum admittatur.
22 Actor poteſt compelli per reum ad proſequendum cauſam, quam intentauit contra eum, vt nequeat deſiſtere a cauſa.

1 **Licet.** ¶ †Ante inſcriptionẽ accuſator deſiſtere põt ſine pena: ⁊ ſi nõ venit ad terminũ, imponetur ei ſilentium. h.d. Prima pars narrat factum. Secunda ibi: nos igitur. Diffinit dño. ⁊ tertiũ committit. Secundum ibi: ꝙ vero. Tertium ibi. ne aũt. Iterum prima ponit quinq;, ſcilicet archiepiſcopi dilationem, ipſius citationem, ⁊ comparitionem: deferentium inquiſitionem. ⁊ ipſorum reſponſionem. Secundum ibi: Celeſtino. Tertium ibi: cum autem. Quartum ibi: ne aliquid. quintum ibi. ipſi autem. Caſus. Quidã canonici, ⁊ decanus eccleſie Biſuntineñ. nuntium literatorie ad ſedem apoſtolicam deſtinauerunt, literis ſuis intimantes archiepiſcopum Biſuntineñ. varia crimina commiſiſſe, videlicet ſimonie, periurij, ⁊ inceſtus, de quibus dicebatur incorrigibilis. nuntius ad ſedem apoſtolicam accedens forte vltra mandatum narrans dictos decanum ⁊ canonicos accuſare dictum archiepiſcopum, et literas pape tunc viuenti, ſcilicet. Celeſtino preſentauit cõtinẽtes delicta dicti archiepiſcopi, ⁊ delictorũ dicti archiepiſcopi intimationem continentes: papa Celeſtinus circa predicta ad veritatis indagationem intendere volens dictũ archiepiſcopum ad ſedem apoſtolicam vocauit, vt ſe cõſpectui dicte ſedis preſentaret certo ſtatuto termino: ⁊ facta dicta citatione mortuo Celeſtino, ⁊ ſurrogato Innocentio coram eo in termino citationis comparuit archiepiſcopus prelibatus paratus omnibus argumentis reſpondere. Aliquo autem non comparente Innocentius quendam I. ⁊ O. ad quorũ inſtantiam fuerat facta inquiſitio vocando, ⁊ ipſis in preſentia Romani pontificis conſtitutis fecit ab eis interrogari an vellent pro ſe vel alijs proponere aduerſus archiepiſcopũ prelibatum, ⁊ quod ſcripſerant legitime demonſtrare. Qui reſponderunt quod non propoſito accuſandi dicta crimina ſedi apoſtolice intimauerant, ſed potius quia archiepiſcopus videbatur incorrigibilis ipſi duxerunt aliqua intimanda de ipſo ſedi apoſtolice: licet tamen nuntius ſic dixit formam mandati egrediens. Papa videns quod predicti non agebant, eis ſilentium impoſuit, ne de cetero eis accuſare, vel ſuper predictis infamare liceret: et de fama archiepiſcopi mandauit inquiri: ⁊ dictos canonicos ſimpliciter dimiſit: quod audiens dictus archiepiſcopus non erat bene contentus: ⁊ ſcripſit domino pape qualiter mirabatur qđ ita ſimpliciter ⁊ impune illos dimiſerat canonicos cum de iure deſiſtentes ab accuſatione veniant puniendi. Item ꝙ de fama ſua volebat inquiri, cũ ſanctitas ſua debeat laborare in cõſeruanda bona fama epiſcoporum ſuorũ. Papa reaſſumptis factis ⁊ geſtis tam per predeceſſorẽ ſuũ, ſcʒ Celeſtinũ, quã etiã per ſe ad ſui accuſationem rñdet

2 dictis duobus: vt in lrã cõtinet. ¶ † No. j. arg. pape posse nuntiari quẽ criminosum per lrãs: nã accusabat hic p lrãs: sed significabat dño pape delictũ, sup quibus petebat citari: qd fieri põt: ⁊ sic nõ 3 est ꝯ. iij. q. viij. p scriptã. ¶ † No. modũ citatiõis sup crie, vt veniat 4 rñsurus super obiectis. ¶ † No. q delatiõe facta sup crie nõ porre-5 cto libello aliquo põt qs citari. ¶ † No. practicã pcedẽdi ꝯtra deferẽtẽ, vt interroget citato reo si velit aliqd pponere p se, vl aliis. 6 ¶ † No. ar. qd in cã criminali ex parte denũtiantis põt intercedere pcurator: ⁊ sic nõ ob. j. c. proxi. de quo tñ dic vt ibi. ⁊ hic p Inn. 7 ¶ † No. practicã excludẽdi quẽ a facultate accusandi, vt eo deferẽte, si accusat, posset ad petitionẽ interrogari si velit accusare: ⁊ si respondet qd nõ, imponet sibi silentiũ ppetuũ. ¶ No. deferentẽ crĩa 8 posse ab accusatiõe impune desistere ante inscriptionem. ¶ † No. superiorem potius delectari debere in odore bone fame, quã male. ¶ † No. hic cõmitti aliqñ inquisitionẽ nõ solũ de substãtia delicti, sʒ ẽt de infamia delicti: ⁊ sic vbi est ab vno delatũ, ⁊ est suspitio de infa-9 mia, inqri põt de infamia: ⁊ ad hoc dʒ laborare superior. ¶ † Not. iudicẽ cum grauitate iudiciaria debere procedere ibi seruata iudiciaria, ⁊c. Et est siľe de pba. lʒ. ⁊ fuit grauitas in nõ pcedẽdo ꝯ absentẽ, vel in declarãdo an esset citandus, vel in termino, qñtus esset 10 dandus, sm Bar. ¶ † No. citationem predecessoris trãsire ad suc-11 cessorem. de quo in cle. ne Romani. ad fi. de elec. ¶ † Op. qd citatio non transierat ad successorem, imo videbat ei transumptũ edictum. ff. iudi. sol. l. cum apud Sempronũ. ⁊ C. de iud. l. pperãdũ. §. finañ. vñ dato q iudex surrogatus succedat in cã, nõ tñ in edicto. ff. de iudi. l. mortuo. imo requirit noua citatio. ff. de iudi. l. edictum. ⁊ l. post edictũ. ff. de reg. iur. l. Neratius. vñ iudex surrogatus non hʒ minus anno: vt. d. §. finañ. ad hoc qd no. in. l. consentaneum. C. quõ, ⁊ quando iudex. Dicit Jo. an. distinguendũ de forma verborũ citationis. de rescrip. si gratiose. lib. vi. ⁊ remittit ad cle. ne Romani. in fi. de elec. ⁊ ibi plene dixi. De hoc in Spe. de cita. §. sequit. ver. itẽ no. ⁊ ver. item querit. ⁊ tene in dicta cle. qd ibi dr, restringit ad papã. Dic, si factis aliis citationibus nõ cõpleto edicto successor, seu surrogatus dʒ citatiões cõplere, ⁊ sufficit: vt in. d. l. edictũ. ⁊ no. in. l. cõsentaneũ. C. quõ, ⁊ qñ iudex. Si iudex primus cõpleuerit, tenet saltem vnã citationẽ facere: vt no. in iuribus predictis. et l. mortuo. ff. de iudi. ⁊ tenet Archi. xxiiij. q. iij. de illicita. ⁊ Spec. in Spe. de cita. §. sequit. ver. sed nũquid notorie. ad hoc quod no. Archi. iiij. q. ix. caueant. Et hoc maxime, quando locus est mutatus, vel tribunal, propter incertitudinẽ: vt. l. si vt pponis. C. quõ, ⁊ quãdo iudex. Et hoc in inferioribus. In citationib⁹ pape serua cle. ne Romani. preal. ⁊ hoc ideo, qꝛ nõ de facili de tã longinquo loco põt iterari citatio. Et hec vera, ẽt in delegato post cãm ceptam: qꝛ opꝫ q reiteret citationẽ: vt dicit Arch. in. d. c. caueãt, ⁊ c. de illicita. nisi delegans citauerit per se, vel eũ, cui cõmiserat: vt in Spe. in ti. de cita. §. d. ver. itẽ querit. Citatio aũt passiua pdecessoris, vt partis, vt arctet successorem in litem, vide in. d. l. edictũ. ⁊ l. oratione. §. fin. 12 ff. de fer. vbi dr qd dʒ iterari. ¶ † Opp. ꝯ tex. ibi: vel aliis. qꝛ ex hoc infertur qd in criminalibus posset interuenire pcurator, cõtra. c. sequens. Sol. dic qd hic loquit in denũtiatione, in qua põt interuenire procurator: contrariũ in accusatione, in qua non põt. Nec solutio nõ est bona propter id, qd dr in tex. de inscriptione, p. c. super his. j. eo. Ideo Inno. aliter soluit q cõtrariũ loquitur in nõ socio. Tex. aũt videtur in socio. Ad hoc. ij. q. vij. hoc quidã. de do. ⁊ cõtu. 13 cũ dilecti. ¶ † No. vnã limitationẽ ad ea, que no. in ꝯrio, vt hic isti fuerũt interrogati an vellent allegare aliquas cãs absentie p absentib⁹: qꝛ hoc lʒ in reo: vt. j. ti. j. ⁊. v. q. iij. reos. Hec sol. diuinat. dic quod ista interrogatio fuit simplex, non restricta ad accusationẽ: vñ sm responsionẽ fuisset deliberandũ an debuisset admitti, vel repelli: qꝛ Inn. hic videatur voluisse enumerando certos casus qd 14 potuerat pcurator interuenire. ¶ † Opp. q ex pluribus vnus est eligendus, qui fuit idoneus, qui sit idonior. d. l. si plures. ff. de accu. So. dic qd iudex de pluribus bene põt eligere vnũ, si vult: tñ si nõ eligit, ppterea non vitiat processus: vt ibi no. Vel dic qd qñq plures pretẽdũt interesse principalr, tunc oẽs admittunt: vt. l. iij. §. si plures. ff. de sepul. vio. Qñq plures nõ pretẽdũt interesse principalr: ⁊ tũc vnus est eligend⁹: vt. d. l. si plures. Ita hic oẽs erãt ad-15 mittendi: qꝛ principalr ipsorũ intererat. ¶ † Opp. qꝛ lrã dicit qd videbatur incorrigibilis: sʒ ꝯ, qꝛ sm hoc inferior corrigit superiorem. ꝯ. c. cum inferior. de maio. ⁊ obe. So. Dicit Jo. An. q quo ad monitionẽ Euangelicã, que oẽs ligat. inferior corrigit superiorẽ: ⁊ hoc mõ potuerũt isti corrigere superioris incorrigibilitatẽ. ij. q. j. si peccauerit. In hoc inferior põt dici superior quocũq peccatore, papa excepto. de quo Jo. an. remittit ad. c. magne. de voto. post pn. in gl. hic pʒ. tene q de oibus, de qbus põt accusari, põt denũtiari, ⁊ incorrigibilis fieri: vt no. gl. xl. dist. si papa. Et sentit Jo. an. in. d. c. magne. post Host. vbi videtur velle eũ subiacere denuntiationi Euangelice quo ad peccatum mortale: excepto papa, qui non põt habere officium condemnationis, nisi in heresi, vel peccato tali, de quo posset damnari: vt in. d. c. si papa. vbi gl. xl. dist. multi. ad hoc, qꝛ inferior monet superiorem ad eius negligentiam inducendam, vel duritiã cõuincendã. s. e. c. proxi. in fi. ad hoc. c. ij. de sen. ex cõ. li. vi.

16 ¶ † Op. q etiam post inscriptionem liceat penitere, ⁊ desistere. ij. q. iij. Pauiũ. C. de aboli. l. ij. So. Sine cã, ⁊ non impetrata abolitione post inscriptionẽ discedere non lʒ, vt ibi: tamẽ re integra, id est si reus aliquã carceris iniuriam, vel vinculorum non sit passus. C. 17 de aboli. l. fallaciter. ¶ † Opp. qd non debeat ad inquisitionẽ aliquam procedi non precedente infamia. j. eo. cũ oporteat. ⁊. c. qualiter ⁊ qñ. So. Dicit Jo. an. ⁊ Inno. q quedam est inquisitio nõ immediate crĩa, sed infamie: ⁊ hanc aliqualis infamia precedere dʒ, vel denũtiatio probe persone. Quedã est inquisitio immediate sup crimine: ⁊ in hac exigitur maior infamia. Inquisitio enĩ, de qua hic est illius preparatoria, sm Inn. qui hec dicit. ⁊ etiã Jo. an. qd hec infamia probabit per testes etiam de plano, puta per cõem audituam. de spon. cũ in tua. Jo. an. pro simili remittit. s. de elec. bone. el. j. ¶ In gl. ⁊ ita. ⁊ erit forma purgationis, prout habet de purga. 18 ca. c. si. sm Jo. an. ¶ † In gl. super verbo, interrogari. op. gl. q nõ debuerũt interrogari an vellent accusare: qꝛ per lapsum terminũ in citatione erant cõuicti: ⁊ sic post plus non debebant audiri. iij. q. v. quisquis. C. de accu. l. si ea. Dicit gl. quod monẽdi erant: qꝛ poterant habere legitimam cãm, ⁊ iustam impedimenti, propter quã non accusabant, ⁊ legitima excusat eos: ⁊ hoc ne notarentur de nimia festinãtia. l. iiij. §. si forte. ff. de dam. infec. ⁊ in. c. cũ Bertoldus. de re iudi. Nam si fuerunt impediti, deberẽt restitui ad accusandũ. ff. ex qui. cau. ma. l. si qua. lʒ ad accusandum nõ restituat minor ratione minoris etatis. ff. de mino. l. auxiliũ. Ideo requisiti fuerunt: qꝛ si requisiti non accusant, amodo non audiuntur. Vel dic quod l. si ea. ⁊. c. quisquis. loquuntur quando specifice est statutus terminus accusatori ad accusandum: hic quando non erat statutus terminus, licet esset statutus terminus ad cõparendũ ad petitionem eorũ deferentiũ delicta. Ex quo no. nouũ modum procedẽdi cõtra intimantes delicta superioribus, ⁊ quantũ in se est infamantes: qꝛ eis potest monitio fieri, si sunt presentes, vt accusent: ⁊ si non accusant, imponitur eis silentium super potestate accusandi, vel aliter infamãdi: põt etiã statui terminus ad accusandũ: vt in iurib⁹ predictis. Et qd ibi operat termini lapsus, hic operet monitio qd no. de hoc dic vt in. d. c. qsquis. vnde dicit Host. q interrogant, qꝛ nõ-19 dum inscripserant: qꝛ libellũ accusationis porrexerãt. ¶ † Op. q isti debebant cõdemnari in expẽsis: qꝛ ipsi calumniose vocauerũt ad iudicium. ff. de iudi. l. eũ, quẽ temere. So. Dic q hic fuerũt excusati ppter nuntiũ, qui excessit formã mandati: qꝛ non voluerũt accusare, sʒ simplr delicta denuntiare. Nec punit talis, si nõ accusauit, qꝛ nõ fuit intẽtio accusandi, sed tñ proponẽdi, ⁊ intimãdi delicta: nec fuit inutilis talis intimatio, saltẽ pp indictionẽ purgationis, vel inquisitionis super infamia. Quid si de crie agit ciuiliter, nunqd citari faciens cõdemnet in expẽsis? Gl. q sic. ff. de iure fis. l. ij. §. senatus. ⁊ similiter põt statui terminus. Ad qd de despon. im-20 pu. ad dissoluẽdũ. de cõuer. coniuga. ex publico. † In negotiis aũt ciuilibus aliter procedit contra accusatorẽ absen. C. de iud. l. ppe-21 randũ. de quo de dolo. c. pront. ¶ † Quero an isti possint accusare istum, si iterato delinquat? Gio. q sic: qꝛ q imponit silentiũ ne de cetero valeant accusare, hoc refert ad cãs existẽtes sm tẽpus illic, non ad noũiter ortas. C. de excep. rei iudi. l. si rem. ⁊ pʒ de excep. ad-22 uersario. ¶ † Op. qd cõpellat agere, ex quo iam cepit. C. quõ, ⁊ qñ iudex. aut. qui semel. Sol. In criminali post inscriptionẽ desistere non põt sine cã, vt hic: ante inscriptionẽ, libello non porrecto, adhuc põt desistere: sʒ si ex libello est infamatus reus, tenet iniuriarũ porrigenti libellũ. ff. de iniur. l. item apud. §. si quis libello. In ciuilibus cõpellit post libelli oblationẽ psequi, si reus instet: vt in quo dicit Jo. an, qd hec faciunt qd quis nõ incidat in turpilianũ desistens nisi post litẽ cõte. de quo. ff. ad turp. l. quesitũ. ⁊ l. senatus. §. q post. ⁊ de hoc in. d. l. quesitũ. Et ibi dicũt Legiste q quoddã est tps post litẽ conte. ⁊ nullo mõ lʒ desistere: vt. l. j. C. ad turpil. ⁊ no. in. l. j. C. vt intra certũ tps. quoddã est tps ante lit. cõte. ⁊ post datũ libellũ: ⁊ tũc aut reus est citat⁹: ⁊ nullo mõ lʒ desistere, sicut dicim⁹ in ciuili: vt aut. q semel. C. quõ, ⁊ qñ iudex. ar. l. absentẽ. ff. de pe. Quoddã est tps ante lit. cõte. ⁊ libellũ porrectũ, seu datũ: ⁊ tunc lʒ desistere, etiã si fuerit minat⁹ se velle accusare, ⁊ citatus fuerit: vt hic, ⁊ l. miles. §. socer. ff. de adulte. Ex his manifeste apparet qd gl. q facit differẽtiã inter cãm ciuilẽ, ⁊ crĩalem, nõ bene dicit. no. ij. q. iij. si quẽ penituerit. de quo in Spe. de accu. §. quãto. p totũ. In quãtũ gl. dicit quẽ nõ cõpelli post porrectũ libellũ prosequi, vel accusare: hoc est verũ, nisi ex accusatione sit orta infamia ꝯ eũm: qꝛ tunc cõpellit pcedere. v. q. j. qdã. ⁊. q. vlti. Epiphaniũ. ⁊ no. gl. iiij. q. v. quisquis. ⁊c. Adde sm doc. q hoc procedit in manifesto delatore. Secus aũt in occulto, qui compellitur agere: vt no. in. d. c. quidam.

1 ☞ Ab accusatione quando repellatur is, qui iurauit aliquem non accusare. nu. 20.

2 Episcopus potest deponi propter subiectionem ecclesie alicuius seruitutis homagii factam laico.

3 Homagium habet in se speciem seruitutis.
4 Citatio facta ad diem feriatam valet.
5 Citatio vbi fit de longinquo, potest procedi ad peremptorium pro prima citatione.
6 Citatus etiam in causa criminali potest excusationes non comparendi proponere per literas, aut nuntium.
7 Procurator an in causa criminali admittatur indistincte absente accusato, vbi admittitur ad proponendas excusationes. 12.
8 Delegatus potest exequi iuramentum, vel pactum coram se factū quando id est ordinatum ad finem eius, quod alias etiam sine pacto poterat exequi.
9 Citatus ad instantiam accusatoris illegitimi an comparere teneatur. nu. 24.
10 Omnis exceptio peremptoria competens contra accusatorem potest opponi in vim dilatorie ad contumaciam excusandam.
11 Calumniosus actus non debet parere preiudicium reo.
13 Procurator an intercedat pro existente in carceribus, etiam si cō tra incarceratum agatur criminaliter.
14 Procurator an possit intercedere pro accusato, cui venit imponēda pena pecuniaria ex statuti forma pro crimine capitali.
15 Procurator an intercedat, si pro delicto imponitur pena in decē, que si non soluerit, amputabitur sibi manus.
16 Procurator an in omni specie criminum repellatur.
17 Procurator an in omni actu excludatur in criminali. 18.
19 Sententia lata cum procuratore in casibus, in quibus comparere non potest, an valeat.
21 Exceptio calumnie an possit opponi post litem contestatam.
22 Denuntiare an possit, qui iurauit non accusare.
23 De crimine accusatus per vnum, ⁊ absolutus, an possit de eodem ab alio accusari.
24 Contumaciam an incurrat citatus, etiam illegitime, si non compareat die assignata.

1 Veniens. ¶ † Qui iurauit aliquē nō accusare, ab eius accusatione repellitur. hoc dicit, Prima ponit factum. Secunda purgationem, citationem, ⁊ pronuntiationem, ibi: cum igitur. In prima facit quinq̄, ponit accusationem episcopi super tribus. Secundo ipsius citationem, ibi: vnde. tertio ipsius non venientis excusationem, ibi: idem. Quarto ipsarum excusationum repulsionem, ibi: licet. Quinto procuratoris admissionem, ⁊ receptionem, ibi: nec procuratores. Casus. Quidam Prageñ. canonicus accessit ad sedem apostolicam, ⁊ coram ea proposuit ꝙ Prageñ. episcopus esset filius cuiusdā presbyteri, ⁊c. vt in litera. ¶ Nota primo ꝙ intrusus dicitur illegitime, ⁊ indebite institutus. ⁊ vide Hosti. quis proprie dicat intrusus. de rest. spo. in literis. ⁊ vide in gl. magna. ver. quid ergo. ⁊ vide gl. magnā in. c. nisi cū pridem. §. propter conscientiam. de renun. ⁊ de exces. prela. ad aures. ⁊. c. tanta. de pre-
2 ben. cum iam dudū. ¶ † No. ij. ꝙ propter subiectionē ecclesie alicuius seruitutis homagij laico factam pōt quis ab episcopatu de-
3 poni. † Et no. ꝙ homagiū habet in se spēm seruitutis. ¶ † No. va-
4 lere citationē ad diem feriatā. Vide qd̄ no. s. de fer. c. fi. † Et not. ꝙ
5 vbi fit citatio de longinquo, pōt procedi ad peremptoriā in prima
6 citatione: vt dixi de offi. dele. consuluit. ¶ † No. citatū in causa criminali excusationes nō comparēdi proponere posse per nuntiū, ⁊ lite-
7 ras. ¶ † Not. ꝙ in cā criali, etiā vbi agit ad finē depositionis in dignitate, quē nō posse respondere per procuratorē. Admittit tamen qs tanꝙ excusator ad proponēdas excusationes, lꝫ nō admittat ad allegandū causas cause. si nō pōt illas pponere, pōt assumere officiū excusatoris, ⁊ dn̄m absentē excusare. No. excusatorē poss: opponere dilatorias exceptiones ꝯ accusatorē ad repellendū cū a limine iudicij, ⁊ psecutione, vt sic excuset reū a cōparēdo. No. semel caluniatū in codē crimine ꝯ eundē ab accusatione repelli. No. ꝙ qui iurauit nō accusare, repellit a ptāte accusandi, etiā quo ad finē publice vtilitatis psequēde, inquātū iurauit respectu delicti de preterito cōmissi. vide de iureiu. quēadmodū. maxime qñ iuramentū in-
8 sequit iustā cām, alias cū ab accusando repellēt ē. ¶ † No. ꝙ iurm, ⁊ pactū factū corā iudice ēt delegato, pōt exeq per delegatū, qñ illud ordinat in finem eius, qd̄ als etiā sine pacto poterat, ⁊ debebat
9 exeq delegatus. de quo de offi. dele. si qñ. ¶ † No. citatū ad instātiā illegitimi accusatoris teneri cōparere, qñ nō est notoria inhabilitas: ⁊ si nō cōparet, cōtumax est: ⁊ ēt si postea detegat inhabilitas de cōtumacia pōt puniri. ¶ No. vnā penā cōtumacie, vt qs puniatur in veniēdo etiā inaniter, vbi prius noluit cōparere. ¶ No. infamato indici purgationē. no. Host. ex eo qd̄ hic tenet ex priuilegio, ꝙ princeps fundat intentū in tpalibus de iure cōi. viij. dis. quo iu-
10 re. de quo de offi. archi. c. fi. de iureiurā. nimis. ⁊. c. petitio. ¶ † Not. ꝙ ois exceptio peremptoria maxime cōpetens ꝯ accusatorem, pōt opponi in vim dilatorie, ad excusandam contumaciam: q⁊ ⁊ si pn̄s fuisset, rn̄dere nō tenebatur: sic ⁊ perēptoria quīq opponit in vim dilatorie. de re iu. cū. cū J. ⁊ A. ō testi. veniēs. el ñ. ¶ Op. ꝙ excusatio de iminēti ꝯsecratiōe esset legitima, cū ꝯsecrationi adesse dēat. So. papa erat cert⁹ de tpe, s. ꝙ in diē añ festū resurrectionis ꝯficiēdū est chrisma, ēt si loc⁹ esset iterdict⁹. ō sen. exc. qñ. lib. vi. Et talia pnt p alium expediri. de ꝯse. eccl. vel alta. c. aqua. de offi. ordi. ꝙ sedem. ⁊ sic nō ob. de cele. missa. referēte. ¶ Op. ꝙ debuit iponi silentiū accusatori abn̄te cōtumaciter accusato: q⁊ sicut nō ꝯ, ita nec p est in abn̄tē ferēda sn̄ia. Dicit Jo. An. ꝙ hic exuberauit offm̄ iudicis, scꝫ pape: certe papa iuste fecit: q⁊ aliq excn̄te ꝯtumace, pn̄tia ipsi⁹ locū supplet: ⁊ cū pponent tales exceptiones ad excusandā absentiā: q⁊ si pn̄s fuisset, ñ tenebat rn̄dere, potuit index, ⁊ debuit declarare eū nō teneri respondere, ⁊ isti illegitimo accusatori silentiū imponere. l. pperādū. §. si aūt re⁹. de iud. ¶ Op. ꝙ non debuit admittere exceptiones. seu excusationes sup principali per procuratorē: q⁊ hoc ē respōdere ad cās cāe. Sol. Dic ꝙ adhuc exuberauit offm̄ iudicis. Tu dic ꝙ qñ ppositio, seu exceptio sup principali cōnexa est excentioni cōtumacie lꝫ p pcuratorē opponere p modum excusationis cōtumacie: ⁊ ea pbata index poterit imponere silentiū actori ex q̄ liquet de inhabilitate accusatoris, vt hic. Op. quod ex cōfessione fctā corā auditorib⁹ datis super executionis articulo tm̄, non debuerit imponi silētiū accusatorib⁹. Dicit Inn. ꝙ in hoc hic adhuc exuberauit offm̄ iudicis, scꝫ pape. Vel dic ꝙ hic confessio fuit repetita corā papa, scd̄m Jo. An. Certe ista confessio fuit facta corā auditorib⁹ sup articulo excusationis ꝯtumacie ⁊ connexum ex ea sequebat: ⁊ id non tenebat cōparere: q⁊ accusator erat inhabilis: vn̄ sup hoc vt cōnexo pōt pnūciari corā quocunq iudice ꝙ ipse accusator erat inhabilis: ⁊ p hoc excusabat reus a cōparendo. Dic, qcquid dicat hic. d. An. qd̄ opi. Jo. An. est verior quo ad c. nostrū: q⁊ si verū esset ꝙ hic papa admisisset pcuratorem quo ad istas exceptiones vt excusarēt cōtumaciā, nō pnuntiasset sup forma peremptoria, scꝫ. ipm non audiendum, de cetero silētiū imponendo, sꝫ ipsum appellandū tanꝙ inhabilē. Itē nō declarasset ipsum epm cōtumacē, cū ex ipsis exceptionib⁹ denotaret ipꝫ nō fuisse cōtumacē, si appareret de inhabilitate. Itē nōne ista ꝯfessio pōt dici facta pte abn̄te, cū isti pcuratores ad hoc nō haberēt mādatū, nec habere poterant, attenta natura exceptionis obiecte: ergo nō debuit piudicare: vt. l. certum. §. si qs abn̄te. ff. de ꝯfes. ergo ⁊c. Itē q̄ ad primū, qd̄ potuit supplere ex offō p abn̄te, pcedit qñ ꝯ abn̄tē pōt i cā pcedi. Sꝫ in casu. c. nō poterat pcedi: ergo nō potuit supplere. ¶ Op. ꝙ ex calūniosa accusatiōe nō debuerit h̄ grauari in
11 purgatione: † q⁊ actus calūniosus nō dꝫ parere piudiciū reo. ff. de pna. l. iij. ff. de cal. p totū. So. Calūniosa accusatio nō fuit imediata cā indicende purgationis: sꝫ īfamia facti, que inducit ex grauamine, opat purgatiōis necessitatē, ⁊ opat etiā alia, de qbus. s. e. dispo-tēs. sm̄ Gof. ⁊ vide qd̄ no. Jo. ij. q. v. oībus. in gl. antepe. Idē si pp accusationē remaneat suspect⁹: vt no. gl. in. d. c. oībus. qd̄ intellige vt no. de offi. ordi. ex pte. scꝫ qd̄ nō solū est iudici suspectus, sed etiā alijs, ⁊ est ingens suspitio. Et inquantū dicit infamiā ortā ex calūniosa accusatione habere hūc effectū: intellige qñ hec infamia trāsiuit ad bonos, ⁊ graues: lꝫ habuerit ortū a leuibus, vel a calumniatoribus: vt no. gl. de purga. ca. cū dilectus. in glo. pen. Et sic videt qd̄ nō bene dicit gl. in. d. c. omnibus. que dicit purgationē indici ex calumniosa accusatione: nisi intelligat prout est dictū. Et inter cetera no. gl. in. d. c. oībus. que docet cognoscere qñ persona est leuis ibi. in gl. vlti. scꝫ qñ est persona, q̄ de facili mouet ad credendū oē, qd̄ dicit absq aliqua bona deliberatione. alleg. xi. q. iij. in cūctis. ⁊
12 de pur. ca. cū in iuuētute. ¶ † Op. ꝙ admittat procurator in cā criminali. s. eo. lꝫ. ff. an per aliū cā appel. l. i. ad hoc. ff. de procu. l. seruū quoq. §. publice. vbi dr ad lr̄aꝫ, publice vtile est, absentē a quocūq defendi. Nam ⁊ in capitalibus defensio dat, vbicunq quis absens dānari pōt. Item quēuis vba pro eo facientē, ⁊ innocentiā excusantem audiri equū est, ⁊ ordinarium admittere. ad hoc. l. reos, C. de accu. reos capitaliū criminū absentes etiā per pcuratores defendi leges publicorū iudiciorum permittunt. ¶ Gl. sol. per modū regule. ⁊ casuū exceptorum. pōt gl. reduci ad hanc doctrinā, vt decidat tres casus. Primus casus, qñ procurator venit ad excusationes absentie allegandas: ⁊ sic ad excusandum contumaciā, ⁊ sic admittit, vt hic: ⁊ sic potest intelligi dictus. §. publice. ⁊. l. reos. Secundus casus, qñ constituitur in causa criminali ad excipiendū: ⁊ adhuc hic admittitur: vt hic, ⁊. xxiii. qd̄. v. reos. de do. cum dilecti. Tertius casus est, qñ venit ad totalē defensionem delicti, ⁊ sic ad proponendū causas cause: ⁊ tūc dicit gl. ꝙ in ciuili de crimine admittit, q⁊ est mista de pcu. tue. ⁊ in actione populari sm̄ distinctionem eius: als ponit pro regula: q⁊ regulr̄ non admittit, ⁊ excipit aliquos casus. infra examinabo: ⁊ ibi tres casus habet opi. q⁊ glo. ponit regulam quod non admittat. Martinus tn̄, ⁊ sm̄ aliquos, Melendus fuit in opinione qd̄ ad allegandas cās cause admitteretur post litē contest. cōstitutus aūt ante lit. cōte. non ⁊ sic distinguebat hūc casum qd̄ non placet gl. Et ad iura, per q̄ mouet Melendus, ⁊ Mar. rn̄dit qd̄ inquantū dicunt procuratores admitti,

1 Qualiter, ⁊ quando. † Inquisitores generales si nõ seruauerunt debitum inquisitionis ordinem, prudenter, ⁊ caute corrigere debent. Secundo ponitur forma iuramenti, quã exigunt. Prima pars facit duo: qꝛ in principio cõmendat. in fine informat inquisitores, cum bene processerãt: in medio ver. si vero. vsq ad aliud, si vero. si male processerant. Casus. Dum ecclesia Nouarien. ⁊ episcopus essent de quibusdã grauibus delictis infamati, papa commisit inquisitionem generalem quibusdam super statu ecclesie, tam in capite, quã in mẽbris: tandem relatum fuit pape qđ in processu dicti nõ seruauerunt iuris ordinẽ: papa eis rescripsit vt sequitur. ¶ No. primo inquisitionẽ habere 2 suum ordinem, sicut notaria sunm. de iureiur. ad nostram. ¶ † Secundo no. ad grauantẽ ex pretermissione ordinis fieri remissionẽ, vt illum emendet. de rescript. ab excommunicato. ¶ Not. illud, qđ 3 inde non debet nasci, ⁊c. ad hoc de rescrip. c. nonnulli. ¶ † No. ordinatum modũ procedendi, vt primo quis se corrigat, secũdo alios 4 corrigat ab errore. ¶ † Nota qđ iudex inquantum põt, caute de 5 bet corrigere errorem suum, ne vilescat sua authoritas. ¶ † Nota quod ex inordinato principio non potest sequi finis ordinatus. 6 ¶ † Nota, qualis debet esse iudex in ordinando: quia Deum pre oculis debet habere, ⁊ procedere via regia. ¶ No. qđ testes habent respondere de certa scientia, ⁊ credulitate. ¶ Not. practicam iuramenti testium, quando formatur inquisitio tam in capite, quam in 7 membris. ¶ † Not. testem in causa inquisitionis nõ arctari ad deponendum super occultis: hoc est, super his, super quibus non vrget fama: si tamen testificentur, an valet testimoniũ, vide eo. tit. c. j. 8 lib. vj. ¶ † No. testem arctari ad dicendũ meram, ⁊ plenam veritatem: arctatur ergo non solum ad non dicendũ falsitatẽ, sed etiam ad dicendũ plenam veritatem. Quod est intelligendũ inquantum interrogatur. de quo. j. eo. c. cum dilecti. ⁊ vide qualiter hoc casu sit examinandus testis, in Spe. de teste. §. nunc tractandũ. in vlt. col. 9 ¶ † Oppo. qđ papa non debuit remittere ad istos, qui semel grauarunt: arg. de app. ad hoc. ⁊ c. peruenit. ⁊ c. interposita. Sol. Dic qđ hic pretermiserunt ordinẽ ex causa, forte propter nimiã infamiam episcopi, vel ex zelo iustitie: secus si ex odio: qꝛ papa non remisisset ad eos. iij. q. v. quia suspecti sm Inn. nisi volente illo, cõtra 10 quem est processum, sm Hosti. ¶ † Opp. qđ crimina sint specificãda in inqsitione, ⁊ super illis testes examinandi. j. e. qualiter. §. de. Sol. Illud procedit in inquisitione speciali de crimine speciali: hic 11 procedit in inqsitione generali. ¶ † Quero de exẽplo in terminis criminis, qñ dicitur ordo peruerti. Dicit hic Host. qđ qñ queritur de veritate criminis prius, quã constet de infamia: qꝛ alias deficit accusator, sine quo nullus dãnatur: vt eccle. benefi. c. vno. ⁊ ex tali iudicio, vt inordinabiliter agitato, ⁊c. vt dicit litera: vnde dicit qđ supersedebitur processui, ⁊ de nouo fiet inquisitio infamie: ⁊ sic loquit hoc. c. ⁊ dicit qđ postea reperta infamia nõ valebunt dicta testiũ super veritate criminũ receptorũ, qꝛ contra inquisitionis ordinẽ sunt recepti: qꝛ dato qđ expresse huic ordini possit renuntiare pars. C. de fideicom. l. si. ⁊ l. j. §. post operis. ff. de noui operis nun. ⁊ hoc, qꝛ in eius fauorẽ est inductus. de reg. statuimus. non tamen in dubio est presumendum qđ illi renũtiet: per que dicit qđ tacite illi renũtiare nõ posset, vt si illo nõ incipiente inquireret iudex de veritate omissa infamia: sm Host. hic dicit falsa, sm Io. An. per. c. j. eo. ti. li. vj. qꝛ tacite põt renuntiari: ⁊ licet non precedente infamia recipiantur testes, ⁊ probet, valet receptio, vt ibi. Ad qđ. j. eo. c. qualiter. vbi in ordinario non opꝫ qđ probetur, infamiã precessisse, vel scđo forte inordinate processit, qꝛ nõ fuerũt reo exposita capitula, 12 nec nomina testiũ declarata, aut nominata. ¶ † Quero, commissa inquisitione contra aliquẽ, ⁊ per inquisitiones formato processu, ⁊ relatione facta ad superiorẽ, opponit inquisitus cõtra processum, superiore dicente, queris fugam: subiectus offert se paratũ subire inquisitionem omisso illo processu, an corã inquisitoribus secundo datis sub forma, quã obtulit, si inquisitores assignant diẽ ad inquisitionem, si inquisitus comparens neget se infamatũ, ⁊ dicat prius inquirendũ de infamia, sit audiendus? Et videt qđ non: qꝛ in hoc venit contra oblationem: quia hoc nõ est subire inquisitionem, sed potius declinare. Itẽ quid si dedisset eo casu superiori, qui poterat fine sua oblatione, ⁊ verba oblationis debẽt aliquid importare: vt de verbo. sig. abbate. de priuileg. ex ore. ⁊ c. si papa. lib. vj. Contrarium credit Hosti. quia ius saluum manet, quod expresse non reuocatur: nam si se offerat paratum subire accusationẽ, per hoc nõ excluderetur a facultate opponendi de defectu accusationis quãtum ad inscriptionẽ: ⁊ idem in denuntiatione, si postea diceret monitionẽ non precessisse, absq dubio admitteretur. s. eo. super his. ad hoc. j. eo. qualiter. Et fortius ratio cõcludit in inquisitione, que nemine prosequẽte ex iudicis officio expeditur: vnde qꝛ exceptio non precedentis infamie sit peremptoria: semper enĩ post litis contesta. seu receptionem testium poterit excipere se per dicta illorum non cõdemnandum, nisi expresse sit exceptioni renuntiatum: quod est falsum: vt in. d. c. ij. eo. tit. lib. vj. ⁊ quod ibi no. Ad illud, quod dicitur, oblationẽ aliquid debere operari: respondit qđ ⁊ si nihil operetur, non est absurdũ, cum etiã quandoq tota vna litera, vel clausula apostolica parum aut nihil operetur. de procur. qꝛ in causis. de iureiur. ⁊ si Christus. Item aliquid operabitur, qꝛ per illud dilatabitur fuga, quã faciebat dilatando processum: qꝛ abbreuiabuntur dies administrationis. Item qꝛ conseruabitur conscientia superioris, qui forte peccabat contra inquisitum in mente sua reputando illum miserum peccatorem. Item qꝛ si consenserit in certos inquisitores, illos deinceps nõ poterit negare, nec sic negotiũ prorogare. de offi. deleg. c. super questionũ. §. verum. Itẽ si aliqui forte prosequebantur inquisitionẽ, quos dicebat maleuolos, hoc non posset de cetero opponere, cum se paratũ obtulerit inquisitionem subire, sub quo licet alias audiretur. j. eo. cũ oporteat. Cũ ergo predicta operetur, nihilo minus de fama, quasi preambulo substãtiali inquireretur, ne peruertatur ordo iuris. C. de iurisdi. om. iud. l. iuris ordinẽ. Nec obstat, qđ dixit super dictis criminibus, qꝛ per hoc non renũtiauit ordini iuris, nec consensit qđ de occultis inquirat, contra id de simo. nobis. ⁊ c. tua. Item ista oblatio potest habere triplicẽ sensum, vel qđ obtulerit se subire inquisitionẽ super infamia tantum criminum, aut veritatis ipsorum criminum tantum. ¶ Primus intellectus est ridiculosus. Secũdus iniuriosus, subuertens iura, ⁊ inquisitionis ordinẽ. Vel intellexit de vtroq, scꝫ de inquisitione veritatis, ⁊ infamie: ⁊ hic est rationabilis, ⁊ sufficiẽs, ⁊ iuri fauens: ergo in dubio huic tertio adherendũ, vt res valeat, ⁊c. de ver. sig. abbate. ⁊ vt indefinitatẽ verbũ generaliter intelligatur. de priuileg. qꝛ circa. Plus dicit Hosti. qđ si papa precise scribat in inquisitione testes recipiendos, nisi expresse dicat prelatum apud se infamatum, semper erit inquirendũ de fama. j. eo. cũ oporteat. qꝛ quãdocunq verba rescripti possunt hoc importare, etiam ꝓpter reuolutionẽ clausule, qđ de fama prius inquiratur, cũ huic iura cõcordant, sicut in dubio interpretabuntur. de rescri. causam. de cõsue. cum dilectus. ff. de confir. tut. l. si in confirmando. Et si expresse mandaretur contra nõ infamatum recipi testes super veritate, in inquisitione super infamia nõ premissa, prima facie rescriptũ presumeret surreptitiũ. de offi. deleg. ex parte. vnde cõsulẽdus esset papa antequã procedatur, ⁊ scđa iussio expectanda. in aut. de manda. princip. §. deinde. colla. iij. ⁊ in aut. vt nulli iudi. §. hic vero 13 iubemus. colla. ix. ¶ † Quero quomodo poterit caute corrigere errorem suum. Dicit gl. Io. an. qꝛ grauatũ vocabit, scriptores, ⁊ assessores, ⁊ inquiret de solennitatibus omissis: ⁊ cũ fuerit negatiue responsum, dicet, Erratũ est, quoniam hoc facere debuistis: nescio si propter nimiã occupationem vos excusemini: ⁊ precipiet illud emendari, vel omnino supersederi, vel ad magis velandũ poterit aliqualiter differri, ⁊ postea de nouo procedi, quasi pdita sint acta antiqua. de proba. c. si. ⁊ ideo dicit forte, scꝫ de tpe opportuno. ⁊ est 14 simile de vsu pal. c. ij. sm Inn. ¶ † Quero an testes possint interrogari super omnibus circunstãtijs criminum. Dicit Io. an. qđ sic, dummodo non sint occulta, si super eis precesserit infamia: vt si ab

eo audiuit scriptum, vel his similia. s. de testi. preterea. de presum. literas. t. c. tertio. fin Inn. t Host. Dicunt etiã qd si is, contra quẽ fit inquisitio, infamatus est de fornicatione in genere, nõ tamẽ cũ certa, nõ debent reuelare testes occultã fornicationem: sed vbi mulier est certa, debet eam reuelare, etiã si iurauit eam non reuelare: quia si cum iurauit, intellexit etiã non reuelare vt testis iurat temere iurauit. de eri. fal. c. i. de testi. constitutus. Si intellexit quod non reuelaret, nisi ex iusta causa, vel de hoc nõ cogitauit, nõ obstãte iuramento, qd conditionem habet, reuelare tenetur. de iureiur. ad nostram. el. ij. t. c. quemadmodum. Si tamen illud sciret in foro penitentiali, non tenetur illud dicere. de exce. prela. dilectus. de off. ord. si sacerdos. de quo de postu. prela. c. i. in ver. requisitus. Ultimo Joan. And. hic post Hostie. ponit multa specialia in inquisitione. Primo, quia in ea recipiuntur testes lit. non contest. vt lite nõ cõtest. qsi. §. sunt t alij. Item quia infamia habetur loco accusationis. j. eo. qualiter. In alijs exigitur legitimus accusator. s. eo. c. i. t vt eccle. benefi. c. i. Item in causa status ecclesie admittuntur testes idonei, quales in ecclesia inueniuntur. de re iudi. cum. J. t A. de quo ibi in vltima gl. non sic in alijs. de testi. ex parte. iiij. q. iij. §. in testibus. Item non fit inquisitio de occultis, sed de famosis: alia iudicia de occultis statuuntur, dũmodo pbari possint. ij. q. vij. plerique. Item inquisitor quandoque incipit a suspensione. ij. q. v. psbr' ter si a plebe. de purg. ca. inter. Uel a remotione. iij. q. ij. qr ea. Ho dic vt ibi. t no. Hoc. de simo. licet Heli. in gl. quo cũ in alijs: secus. viij. q. iiij. nonne. xvi. q. iiij. volumus. Item qr diuersus est penarũ effectus. j. eo. inquisitionis. Primo respõdeo. t hoc vide ad literã,

15 de inquisitio. §. t ad fi. ¶ † Op. qd non possit iudex corrigere errorẽ suũ: quia siue bene, siue male, functus est officio. ff. de arb. l. q ar bitri. ff. de re iu. l. iudex. Gl. dicit quod specialis delegatus non potest corrigere errorẽ legati, sic qui sunt generales: t sic delegati ad vniuersitatem causarum, qui obtinẽt vmbram ordinarij causarũ qd no. domini de Ro. sua conclusio. cccxxxv. Dicit quod ideo possunt reuocare, quia sunt ordinarij. Uel secũdo dicit gl. qd delegat' non potest mutare sententiam diffinitiuam, vel errorẽ iuris, qñ in diffinitiua errauit: sed quando ante sententiam errauit in processu, bene potest mutare, t corrigere errorem: vt hic. Host. dicit quod arbiter nõ potest corrigere diffinitiuã. Idem in delegato. C. quomo. t quando iudex. l. si vt proponis. C. quando prouo. non est necesse. l. cum non ex die Et hoc quando etiam sententia est nulla. ordinarius vero sententiam nullam corrigere põt, sed nõ annullandã. ff. de re iud. l. cum querebatur. t. l. post rem. ad primũ. J. de fri. fraternitatis. de purga. vul. c. ij. j. q. iij. episcopus. C. quomodo, t quando iu. l. si preses. C. de accu. l. si accusatoribus. de quo. s. de re iu. c. i. t. c. cum inter. super ver. post quã, t eo. ti. cum Bertoldus. i gl. sed qualiter. De hoc l Spe. in. ij. parte. de rest. in inte. §. videam'. ver. t no. de feu. pro la. §. qualiter. ver. hoc quandoque. t de arbi. §. fi. ver. licet autẽ possit per Gy. de reg. iu. quod semel in prima op. Dic de hoc vt. s. de offi. dele. in literis Dicunt tamen domini de Rot. vnũ in sua conclusione. cccxxxvj. al. cccxxxv. ad fi. qd delegatus põt corrigere errorem suum factum in sentẽtia, quando non transiuit in rẽ iud. vt in carnali matrimonio, t in causa beneficiali, vbi est euidẽs error. t alleg. no. per Inn. de re iud. cum Bertoldus. Sed hoc non placet mihi: qr si non possunt corrigere errorem sentẽtie nulle, multo minus inique, dato qd non transeat in rem iudicatam. ¶ † Gl.

16 penul. querit an si testes dicant aliquid super occultis, valeat qd dicunt, vt ex illis possint damnari. Gl. dicit qd nõ valet dictũ testiũ, quando sic iurauerunt exceptis occultis: qr tunc deponerẽt super eo qd non iurauerunt: t sic non valeret qd dicunt. Idem Jo. Goff. t Uincen. Ad hoc. s. de testi. c. de testibus.

1. ¶ Si is, contra quem inquiritur, iurauit ad interrogata respõdere, post confessionem auditur volens excusationem proponere.
2. Ad inquisitionem vt procedi possit contra prelatum, oportet qd fama precedat, quodque sit frequens, t clamosa.
3. Delegatus, t generalis inquisitor potest esse monachus in capite, t membris monasterij, t cathedralis ecclesie.
4. Inquisitus iurare arctatur plenam t meram dicere veritatem su per interrogatis.
5. Iudices delegati attestari possunt de his que coram se gesta sunt.
6. Testes, qui in causa deposuerunt, possunt attestari de modo, t forma iuramenti eis prestiti in actu testificandi.
7. Publicatio, t renuntiatio in causa, sunt exclusiua attestationum.
8. Excusatio que perimit ex toto confessionem, non admittitur.
9. Confessio facti dubij potest excusari, vt contra ipsam admittatur aliqua excusatio,
10. Pudor aliquando subrogatur loco pene.
11. Confessio iurata facta de veritate dicenda non potest excusari, vt sic confessus non admittatur ad excusandum confessionem, allegans circunstantias, quas tacuit.
12. Actis statur, nec solo verbo partis contra acta statur.
13. Inquiri potest super statu ecclesie propter infamiam episcopi. Ex delicto superioris prelati infamantur inferiores.
14. Iuramenti forma duplex datur eis, contra quos inquiritur.
16. Acta si quis nitatur improbare, auditur.
17. Confessionem suam an iurans de calumnia possit excusare.
18. Testium receptio, t examinatio, an sit delebilis per inquisitorem.
19. Episcopus potest deponi propter suum delictum.
20. Confessio facti non in se mali, debet in bonum interpretari. 23.
21. Causa in iure sumitur multipliciter.
22. Alienari possunt res ecclesie propter debita.
23. Confessio dubia an debeat interpretari contra confitentem.

1 **Cum dilecti.** † Si is, contra quẽ inquirit, iurauit ad interrogata rñdere, post cõfessionem auditur volẽs excusationem proponere, t probare, que cõfessionẽ non perimat, sed exponat: secus si iurauit plenam, t merã dicere veritatem. hoc dicit. Primo ponitur legatorũ inquisitio. Secunda ibi: qr vero ibid, propter quod fit commissio. Tertia ibi: mãdamus. commissionis forma bimẽbris. Casus. Dum quidam Agatheñ. episcopus corã sede apostolica esset infamatus qd quedã bona ecclesie dilapidauerat, item quod quedã bona de naufragio furto subtraxerat, dum quedam nauis esset naufragio submersa: t de simonia, eo qd quandam pecunie quãtitatem pro beneficijs cõferendis receperat: Papa cõmisit inquisitionem cuidã abbati Cisterciẽs. de P. t R. monachis fontis frigidi, vt de ipsis delictis tam in capite, quã in mẽbris, que erãt infamata, veritatẽ inquirerent, t statuerent que sm Deum, t iustitiã essent statuẽda: dicti delegati audita infamia dicte ecclesie, vt officiũ sibi cõmissum exercerent, accesserunt ad ecclesiam Agatheñ. vt de clamore suis aurib' intimato inquirerẽt veritatem: t volẽtes procedere ad inquisitionem seruata forma generali in suis articulis, prout est iuris, vocatis canonicis, t epõ, dederũt iuramentũ de dicẽda veritate circa inquisita, vel forte vt plenam dicerent veritatẽ. Tandem interrogauerunt episcopũ de dilapidatione. Ipse respõdit se quedã bona ecclesie alienasse. Super naufragio respondit se quedam bona de naufragio recepisse. Super simonia respondit quod verum erat, qd a quibusdã ordinatis certam receperat pecunie quãtitatẽ. Tandem dicti delegati dum essent in calculo sententie ferende, cõparuit episcopus prehibatus, qd virtute dicte cõfessionis non deberet condemnari, proponẽs se velle dictas confessiones excusare: qr bona, que vendiderat de bonis monasterij, vendiderat ex cã, t cum debita solẽnitate, t sic per hoc non erat dilapidator: t que receperat de naufragio, receperat animo cõseruandi, vt illa cõseruaret dominis rerũ, vel inter pauperes distribueret: t sic non erat naufragiũ: t qd pecuniam, quam receperat a clericis, receperat nõ propter beneficia cõferẽda, sed loco pensionis debite ecclesie episcopali: t sic non erat simoniacus. Replicauerũt inquisitores, eum nõ audiendum ad has excusationes, eo quia iurauit plenam dicere veritatem, vel ipse dixerat, et non debebat admitti ad excusationẽ: vel non dixerat, t est periurus: t sic etiã non debebat audiri ad excusationẽ, t econuerso. Sed inquisitus dicebat se tantũ iurasse ad interrogata respõdere: quare inquisitores negotiũ pape retulerunt. Episcopus autem corã papa petijt vt sue admitterentur excusationes, nõ obstante qd dicti delegati eas admittere noluerunt. Papa cõmisit causam iudi

2 cibus in superscriptione cõtentis, quibus mãdat vt sequ. ¶ † No. qd ad hoc vt posset procedi ad inquisitionẽ, maxime contra prelatum, oporteret quod fama precedat, t quod sit frequẽs, t clamosa.

3 ¶ † No. monachum posse dari delegatum, t generalẽ inquisitorem

4 in capite, t in mẽbris monasterij, t cathedralis ecclesie. ¶ † No. duplicem practicam iuramenti eorum, cõtra quos inquiratur super statu ecclesie: qr debent iurare plenam t meram dicere veritatem: t possunt aliquando iurare solã dicere veritatem ad ea, de quibus

5 fuerint inquisiti. ¶ † No. iudices delegatos, si sunt plures, posse attestari de his, que corã se gesta sunt ab alijs, qñ circa ea, que attestantur, nec laus, nec vituperiũ adscribi põt. de quo dixi de testi. a nobis. t vide Jo. an. in additio. Spec. §. i. versic. item quod administrator. ¶ No. quod dicens formam seruatam, que seruari non consueuit in iuramento, vel alio actu exercito, arctatur onere probandi. Nam dicentes iuramentum prestitum vt ad inquisita veraciter responderent, probent, cum communis sit forma de dicendo

6 plenam, t meram veritatem. supra. c. proximo. ¶ † Not. qd testes, qui in causa deposuerunt, possunt attestari de modo, t forma iuramenti eis prestiti in actu testificandi. Et ex hoc habes quod acta, t modus actorum, t forma potest probari per testes. de quo de pro

7 ba. quoniam cõtra falsam. ¶ † Not. duo excludẽtia facultatẽ probandi per testes, scilicet publicatio attestationum, t renuntiatio. ¶ No. quod confessio iurata potest excusari, quãdo iuramentum

8 dirigitur ad respondẽdum tantum ad interrogata. ¶ † No. quod excusatio non admittitur, que perimit ex toto confessionem: quia ibi pro

9 ibi proprie non est excusatio. ¶ † Nota quod confessio facti dubii pōt excusari: facti autem omnino certi, & notorij, non recipit excusationem. ¶ No. facta iudicari secundum causas mouentes: vt si 10 causa mouens est bona, non iudicet delictū: si mala, sic. ¶ † No. qd aliquādo pudor subrogatur loco pene, & absoluit, & extinguit culpam, vt sufficienter ex pudore punitam, quando delictum est leue. 11 ¶ † No. qd cōfessio iurata, quando fuit facta cum iuramēto de dicenda veritate, nō potest excusari: & sic non admittitur ad excusandum 12 cōfessionem, allegans circūstantias, quas tacuit. ¶ † No. qd statur actis: & dicens cōtrarium, debet probare: nec cōtra acta statur solo verbo partis: & si pars dicat se aliter, vel vltra dixisse, quā acta cōprehendant, non credit ei. Vide. s. de prescrip. ad audiētiā. 13 ¶ † Opp. qd propter infamiam episcopi non posset inquiri super statu ecclesie: q2 particulares de ecclesia per hoc non sunt infamati: & sic nō potest contra eos inquiri, infamia non precedente. j. eo. cū oporteat. & c. qualiter. Solu. Expone, statū ecclesie id est, episcopi. vij. q. j. scire. Vel secundum Host. canonici erant generaliter, vel specialiter infamati. Hosti. & Inn. videtur velle hic, & de simo. licet. qd ex infamia prelati sit presumptio cōtra subditos: vt sic de tota ecclesia posset inquiri. de re iudica. cum I. & A. Ratio, q2 cum caput est infirmum, & cetera membra languent. qd non placet Hosti. de his, que fi. a maio. par. capi. c. quesiuit. cū non fiat inquisitio super occultis. supra. c. proximo, in fi. Fatetur tamen qd contra episcopū procedit inquisitio tam in capite, quā in membris, vt inquirat qualiter se habeant in ciuitate, in castris, siue in ecclesijs: qualiter erga canonicos suos, & alios clericos, & laicos ciuitatis. Et sic pōt hic intelligi, secundū eum, cum non expresse legatur inquisi-14 tionem cōtra alios precessisse, sm Hosti. ¶ † Opp. qd non debeat iuramentum prestari super his formis: q2 vna tantum forma datur, supra. c. proximo. Solu. Dicit Hosti. qd quidam miscent has duas formas: & dulcis est mixtura bonorum. xij. dist. nouit. ad fin. Est tamen in prima forma periculum periurij. de cohabita. cleric. & mulie. clericos. Inn. de simo. licet. Heli. dicit qd cum inquiritur de certis criminibus, satis pōt dici iuratum de dicenda plena veritate: sed si de statu ecclesie, propter anceps periuriū sufficit qd iuret respondere ad interrogata. Sed cōtra dicit supra. c. proximo, in fi. Propter qd dixi qd qualitercunq; agatur, sufficit qd iuret al-15 tero dictorū modorum. ¶ † Opp. qd quis possit reuocare confessionem suam quādocunq; ante sententiam. supra de confessi. c. fi. C. de iuris & fac. igno. l. error. ff. de confes. l. non fatetur. de restit. in integ. c. ij. li. vj. Quidā dicunt illa iura limitari per hanc decre. an cōfessio sit iurata, vel nō: & si est iurata, distinguēdū est de forma iuramēti. Sz nō placet Host. q2 aliud est, cōfessionē ex errore reuocare, vt ibi: aliud excusare, vt hic. Nam si vellet errorē probare, oporteret probare qd nihil abstulit de naufragio, & qd ecclesie nō essent date simoniace: & qd debita non contraxisset, seu alienasset: qd admittitur, saltem indirecte, cum negatiua directe probari non posset. supra de elec. bone. Si vult ipsas excusare, illas non reuocat, nec contrariū hic probatur: vt patet. ff. de rei vendi. l. ex diuerso. §. j. Item negatiua non pretendit, sed affirmatiuas excusationes: & hoc casu procedit qd dicitur hic. Nunquid aūt positionem, vel cōfessionem iuratam quis possit reuocare, vide de iureiur. cū in positionibus. lib. vj. & qd ibi no. & vide ibi remissiones ad Spe. & quod plene dixi 16 de confes. c. fi. ¶ † Oppo. quia dato qd in actis nulla allegetur excusatio, posset probari per testes. de proba. quoniam. de testi. a nobis. Fatetur qd nisi obuiet iuramentum, auditur ad supplenda acta per testes: sed hic ideo non auditur, quia obuiat iuramētum. 17 ¶ † Quero an iurans de calumnia possit excusare suā confessionē: Dicit Inno. quod sic, quia iurat tantum ad interrogata respondere: sz dicit qd in teste secus. Remittit ad no. de testi. cogē. preterea. de testi. cū clamor. c. per tuas. Sed certe testis nō excluditur per iuramentum: q2 & de circunstantijs respondere non arctatur, nisi interrogetur: vt no. de testi. causam. sed excluditur propter suspi-18 tionē, ne ad instantiam partis reuocet, qd bene dixit. ¶ † Quero, qui sunt illi, a quibus examinabantur. Dicit hic Io. an. qd examinabantur a iudicibus, assidentibus, vel notarijs. C. de appel. l. qui iudices. de probatio. c. quoniam contra. Est tamē argumen. qd inquisitores per se debent audire testes. C. de fi. instru. l. apud eloquē-19 tissimum. de offi. delega. quoniam. §. is autem. ¶ † Ultimo dicit Io. an. hic colligi, episcopum deposi: quod raro accidit. Concordat de exces. prela. ex literis. de dolo. veritatis. Refert Gul. in Specu. de accu. §. j. quod Clemēs quartus simul deposuit vndecim episcopos, qui adheserāt Manfredo in occupatione Sicilie. ¶ Oppo. cum glo. v. qd non debeat credi iudicibus. de proba. quoniam. Dicit gl. qd iudicibus creditur, quando per alios nō potest haberi probatio: sed vbi potest, nō creditur, nisi inquantū per legitima documenta cōstat. Fatetur qd hec presumptio admittit probationem in contrarium. no. gl. Idem dicit gl. in. c. a nobis. de testi. & de elec. cum dilecti. Inno. dicit hic qd iudicibus non creditur ad plenam probationem, nec admittuntur vt testes: sed creditur eis ad presumptionem tanquā interrogati de facto proprio, qui alias nō sunt testes, nec ad testificandū admittuntur: vnde de facto proprio cōsuli possunt. Alleg. de arbi. c. ij. & ibi de hoc. ff. de appel. l. sciendū. C. de feri. l. prouinciarum. C. de questi. l. interrogati. ff. de custo. reorum. l. diuus. Et matri, & auie creditur, qñ queritur de etate. ff. de proba. l. & matri. Et seruis, qñ queritur de sua fuga. ff. de edil. edi. l. quero. §. fi. per quem dicit qd tales possunt requiri, etiā post aperturam testiū, & post publicatas attestationes. xx. q. iij. presens. Sed dicit Hosti. qd quicquid dicat Inn. quandoq; requiruntur, & plenam fidem faciunt: vt hic, & de excessi. prelato. inter dilectos. & c. cū dilecti. de testi. cum a nobis. loquitur de iudice, coram quo pendet iudicium: porro deposito officio testificari potest. qd dic vt de testi. dilecto. Et aduerte, quia quicquid dicat gl. tex. hic loquitur quando poterat hoc probari per alios, quā per iudices. Quod patet, q2 mandat admitti alios: sed hoc ideo, q2 in hoc facto non pōt adscribi iudicibus laus, vel vituperiū. de quo dixi in notabilibus: & vide 20 quod plene dixi in. d. c. cum a nobis. ¶ † Glo. in verbo, retorquerit, dicit qd hec confessio debet interpretari in humaniorem partem: & allegat iura contra de transla. prela. c. fi. Solu. Dicit Hosti. quādo factum non est in se malum, etiā dubitatur qua intentione fit, debet in bonum interpretari: sed quando factum est in se malum, de malo nō potest presumi nisi malum, donec aliud appareat. de pre-21 sump. c. j. & qd ibi no. ¶ † Ad declarationem eius quod dicit gl. in ver. ex causa. Host. dicit quod causa sumitur multipliciter in iure. ¶ Primo, p iudiciali conflictu certarū personarū: vt in. c. forus. de ver. sig. ¶ Scdo, p vtilitate. ff. de peti. here. l. itē veniūt. in prin. ¶ Tertio, pro spē. ff. de trāsac. l. cum hi. §. ei, qui nondū. ¶ Quarto, pro titulo. ff. de pe. here. l. nec nulla. in prin. ¶ Quinto, p onere. C. de distrac. pig. l. si debitor. ¶ Sexto, pro fructu. C. de insti. & substi. l. si mater. ¶ Septimo, pro contractu. Insti. qui. mo. tol. ob. §. si est. de lib. obla. c. ij. de plus pe. c. j. ¶ Octauo pro actione. ff. qui satisda. cog. l. fi. ¶ Nono pro intentione: vt hic, & s. de re. iu. sicut. Et omnis talis causa, & similis, consideranda est, sm eum. Io. Mo. in c. fi. de iur. calū. lib. vj. dicit qd causa est impulsus aliquis ad agendum. Et sic sumitur. ff. de postulā. l. j. §. Scio. Sed ratio, est gerendorū ordo ex causa venientiū, vnde causa pōt esse sine ratione, sed ratio non pōt esse sine causa. De primo patet exēplū. s. de spon. c. j. Scdm Artistas causa est, ad cuius esse sequitur aliud. Et iste sunt quatuor, due essendi, & due fiēdi: vt no. s. in prin. libri, super gl. j. Dicitur etiā causa, ppter quā fit quodcūq; debitū. Et dicit a chaos, qd fuit omniū rerū principiū, iuxta illud Ouidij, Rudis, indigestaq; moles, quā dixere chaos. Est etiā causa modus, vel forma: vt cū dico, lego vxori, q eius cā paraui. ff. de auro & arg. legat. l. Quintus. Dicitur etiā facti exēplificatio. ff. ad. l. Fal. l. si ex plagijs. §. in tersclinio. & ibi ius, iuris cūsio, positū est in causa agendi, sm Io. 22 an. ¶ † Gl. in verbo, causas. querit quomodo poterit has causas excusare. Rūdit, & bene: & est clara. Inquātū dicit, propter debita posse alienari res ecclesie: dic idē, si propter aliā ratione de permissis, de quibus no. xij. q. ij. in summa. & ca. q. his oibus. & c. seq. vel q2 23 per papā fuerat requisitus pro pecuniario subsidio. ¶ † Gl. vltima est clara: per eam, & dicta in tex. dicit Abbas qd de confessione accipitur qd obest, & non qd prodest. de condi. ap. per tuas. de concef. preben. cū super. & facit ad no. de confes. c. j. in. ver. confessionem. Ad hoc dic vt in. l. Aurelius. §. idē quesijt. ff. de do. preleg. vbi per Bar. & in. l. j. C. de dona, ante nup. vbi Ray. & in. l. ij. C. que sit long. cōsue. vbi per Cy. & in. l. si quidē. C. de excep. vbi per eundem. & dixi. s. de rescrip. c. ex parte decani. Et hec de his breuiter sufficiant &c.

1 ☞ Nō inquirit de criminū veritate, nisi primo cōstet de infamia.
2 Infamia sufficiens non oritur ex sola criminum denuntiatione.
3 Citationis terminus licet non instet, valent que a parte geruntur ad hoc vt contumax non sit.
4 A denuntiando repellitur inimicus.
5 Inimicus meus presumitur quis, eo qd cum inimico meo versatur. nu. 27.
6 Ad testificandū contra me in causa criminali non admittitur consanguineus inimici mei. 28.
7 Testis non potest esse periurus, vel aliter criminosus.
8 Ad inquisitionem non proceditur infamia non precedente.
9 Complices qui dicantur.
10 Ad inquisitionē an possit delegatus a papa procedere absq; precedenti infamia.
11 Ad inquisitionem vt quis licite procedere valeat, qualis esse debeat infamia.
12 Inquisitio an possit formari sola suspitione.
13 Inquisitionis processus an valeat factus non precedente infamie inquisitione.
14 Appellatio a processu inquisitionis non precedente infamie inquisitione an valeat.
15 Super infamia qualiter iudex se informabit ad validitatē inqui-

1 Cum oporteat. † De veritate criminū nō inqrit, nisi pmo cōstet de infamia: & tūc nō inimici, vel piuri, sed viri idonei ad prosequendam inqsitionē, & ad testimoniū admittunt: & nō probato crimine, indicitur purgatio infamato. hoc dicit. In prima denuntiatio episcopi, & inquisitorū datio. In secūda ibi: verum comparitio, & allegatio episcopi contra denūtiationem, & testes. In tertia ibi: discretioni. inqsitoꝝ triplex instructio.
2 Secūda ibi: qđ si. Tertia ibi: & si nihil. ¶ † No. pmo ꝙ sola denūtiatione criminum per eos, qui sunt inhabiles ad denūtiandum, non
3 oritur sufficiēs infamia, ob quā posset indici purgatio. ¶ † No. valere que geruntur a pte, licet adhuc non instet termin⁹ citationis, ad hoc vt contumax non sit. Ad qđ no. de ele. c. si. li. vi. ad hoc. l. in cause. §. causa cognita. ff. de mino. dixi in dicto. ca. primo. de iudic.
4 ¶ † No. inimicū repelli a denuntiando, inquisitionem prosequendo, & testificando in causa criminali. ad quod. s. eo. cum. P. & ꝙ ibi
5 no. ¶ † Et no. qđ eo qđ quis cōuersatur cū inimico meo, presumit inimicus meus: & sic non solum cohabitantes, vt supra, eod. repel-
6 lantur, sed etiam aliter conuersantes. ¶ † No. consanguineum inimici, & consanguineum denuntiatoris vt prosequentis inquisitionem, aut etiam accusationem, nō admitti ad testificandum contra
7 me in causa criminali. ¶ † No. periuros, vel alios criminosos re-
8 pelli a testificādo, maxime in causa criminali. ¶ † No. quod ad inquisitionem non procedendum, infamia nō precedente ad denun-
9 tiationem aliquorum. ¶ † Quero primo qui dicātur complices: Dicit Joannes Andr. quod Abbas dicit quod sunt socij ꝯiūcti
10 ad malum & non bonum. ¶ † Quero secundo, papa cōmisit inquisitionem an possit absq; precedenti inquisitione infamie procedere delegatus. Dicit, si simpliciter committitur, aliud nō narrādo de infamia, oportet qđ precedat inquisitio super infamia: quia intelligit committi sub conditione, si precessit infamia. Secus, ſm aliquos, si papa scriberet multorum clamore peruenisse ad illū: tunc dicit Jo. And. quod credendū ſm literas pape: & poterit delegat⁹ inquirere non precedente inquisitione infamie ſm Jo. an. Tancr. dicit quod hoc secundo casu p tales literas non fiet inquisitio, nisi infamia precedat: quia sepe falsum significatur domino pape: & pt esse quod denuntiantes, vel deferentes erant sui inimici. Joannes And. dicit qđ si papa loqnit narratiue, vera est opi. Tan. Si assertiue, verum est quod dicit Host. per decre. si papa. de pri. li. vi. Ad id, quod no. in clemen. i. de proba. de hoc in Spe. de inquisi. §. nunc tractemus. ver. hic autem notādum est. Narratiua autem possunt dici, si dicat, Taliū, vel multorū relatione audiuimus talē fore infamatum de talibus, &c. Sed si dicat, cum constet nobis, talē de talibus criminibus infamatum fore: tūc sunt assertiua. Facit qđ no. Jo. And. super verbo, hoc autem vbi idem quod hic concludit, ꝙ sufficeret, si diceret, Multorū fide dignorū percepimus relatione qualiter talis est infamatus: qꝛ ista sunt satis assertiua & non pōt dici qđ audiuit ab emulis. Nō puto qđ sufficeret, si diceret Multorū relatione fide dignorum pcepimus talem talia commisisse delicta: quia propter hoc non concluditur infamatus, cum poterunt tres hoc dixisse: & ex hoc non concluderetur infamia: & tamen verū
11 esset, cum audiuisse a multis. ¶ † Quero tertio qualis dꝫ esse infamia, vt procedatur ad inquisitionē. Jo. An. dicit quod debet precedere insinuatio clamosa, que reddat crimē quasi manifestū. j. eo. qualiter. Debet etiam esse frequens. s. c. pxi. Et due vices freqnētiam inducunt. de vi. & hone. cle. monasteria. & de eloc. venerabilem. in fi. cū concor. Jo. An. dicit ſm aliquos. j. de simo. licet. Et debet esse trina. de causa pos. cum ecclesia. de vsu. cū tu. ff. de in rem ver. l. bina. de testa. q. xv. q. ij. ita nos. C. de episcopa. aud. l. nemo. Inn. & Hosti. dicūt hoc arbitrio iudicis relinquendū: arg. in aut. de testi. §. i. colla. vij. & ff. de verb. obli. continuus. §. j. colla. vij. & ff. de verb. obli. l. continuus. §. i. Item vbi agitur de inquisitione cōtra prelatum, debet esse tanta infamia, qđ sine scandalo preteriri nō possit, vel sine periculo tolerari. j. eo. qualiter. Et ponit Jo. an. in. §. peruenit. ver. sic etiam hoc quādoq;. & ibi dicit qđ vbi procedit cōtra prelatum secularē, debet esse tanta qđ sit frequens: & hoc tantū nō sufficit, sed oportet qđ sit tanta qđ generet scandalū, vel qđ nō posset sine periculo tolerari. Contra regularē autem prelatum sufficit fama freqnēs, & clamosa, etiam si non generet scandalum: idem si cōtra priuatum. Jnqnantū dixi, grauem exigi infamiā, vt cōtra prelatum inqniratur: hoc verum, nisi periculū esset in mora, vt qꝛ dilapidatio est vicina: hoc inducit periculum. Idem in heresi, in qua est periculum infectionis: quo casu dicit Inn. j. eo. c. qualiter. ad fi. qđ vbicunq; timetur periculum, pōt procedi sine magna infamia, vij. q. vlti. c. fi. xlij. distin. quiescamus. xij. q. i. si quis. de simo. insinuatum, propter scandalū aūt tantum, nisi subsit periculū, dicit Inn. qđ non debet ad inquisitionem procedi: qꝛ posset esse qđ propter inquisitionem induceretur scandalū. Unde ponderāda est qualitas personarū, que scandalizantur propter infamiā, an tales sint, qđ ex eorum scandalo, licet duorū, vel trium potentum, possit perturbari ecclesia: & tūc ad inquisitionem est procedendū. xxiij. q. iiij. cum quis. i. di. vt cōstitueretur. Nam si vt remoueatur scandalū, in-
12 dicitur purgatio: ergo pro scandalo potest fieri inquisitio. † Nunquid aūt pro sola suspicione prelati posset formari inquisitio: dic vt in dilapidatione: vt no. de simo. licet Heli. In alijs criminibus Inn. j. eo. c. qualiter. per predicta contra suspectū prelato suo, vel principi, alias bonis viris, etiā non precedēte infamia, posse pcedi ad inquisitionē: qꝛ si indicitur purgatio: ergo pōt fieri inquisitio. Dicit qđ aliqui negant inquisitionē posse fieri in his duobus casibus, siue propter scandalū tantū, siue propter suspicionē: licet posset indici purgatio. Nam, vt dicunt, nō semper inquisitionē sequi purgatio, sed quādoq; absolutio, qñq; remotio. s. eo. c. inquisitionis. Inn. dicit idem hic propter suspitionem potētum, vel magnatum laicorū, potius est indicēda purgatio, ad deferendū honori ipsorum, & scandalū euitandum, ꝙ inquisitio facienda: quāuis & ipsa fiat, si episcopo videatur. ij. q. v. Mēnam. & c. hoc aūt. Et breuiter dicit qđ in hac materia officiū iudicis latissime patet. ff. de iurisdi. om. iudi. l. j. Nam quādoq; ponit hoiem ad rationē. s. eo. si cōstiterit. qñq; inquirit ex officio, sola fama deferēte, alia nō precedēte infamie probatione per testes. j. de purga. cano. c. inter solicitudines. & ꝙ innitur. j. eo. qualiter. el. ij. hoc aūt. ad hoc vt a prelatis euitetur. Cōsilium est tamen qđ adhereat doctrinis, & rationibus hic positis. Archi. recitat Inn. tenuisse. j. eo. qualiter. & hic ex sola suspicione inquiri posse per prelatū cōtra subditū. Et dicit qđ idē dicit de purga. ca. cū dilectus. Dicit qđ Jo. an. tenet cōtrariū. ij. q. v. oibus. & no. j. q. iij. in summa. & hoc tenēt Tan. Vin. Gof. & Ber. de offi. ordi. ex parte. sed ibi loquitur de purgatione. Ibi cōcludit qđ sufficit suspicio ingēs apud ipsum, & alios graues. Ubi aūt nō est apud alios, dicit secus. Oportet etiā qđ suspicio sit verisimilis de quo. ij. q. v. presbyter. & de purga. ca. inter. in gl. j. de quo de ꝯsue. c. ij. li. vi. Puto qđ propter solā suspicionem posset in crimine heresis: vt in dicto. c. inter. & in. c. vt officium. de here. eo. titu. li. vj. In alijs arbitrabitur iudex qualitatem suspicionis: vt dicit hic Inno
13 noc. & hoc tenendum. † Annquid autem non precedente inquisitione infamie valeat processus super inquisitione: Innocē. sensit hic qđ sufficit relatio infamie: licet de hoc non inquisiuerit, nec sibi sit per testes probata. Alleg. dictum. c. inter. de purga. c. j. responso. & j. eo. qualiter. Jo. and. dicit qđ moderni de hoc varie locuti sunt: & hoc ponitur. j. eo. qualiter. super gl. mag. Nam Pet. & Abb. dicūt qđ licet inquisito infamiam negante non procedat iudex in inquisitione veritatis, quā fecit altero promouente inquisitionem, nisi primo probetur infamia per eum, qui promouit inquisitionē, vbi tamen procedit ex puro officio, postquā sibi constat de infamia, de veritate inquiret, licet inquisitus neget se infamatum: nec tenetur de hoc facere fidem: qꝛ non est corā quo fidem facere debeat, cū non
14 sit aliquis alius iudex, nisi ipse. † Si tamē propter hoc appellaretur, sufficit qđ prelatus corā superiore faciat fidem de infamia. qđ placet Spec. in titu. de inquisi. §. nunc tractemus. versi. hoc autem scias. Et hoc, ne illudat correctio. Et placet Abbati. j. c. inqsitionis. Hoc dictū sequit hic Host. in ordinario. Secus in delegato dicit qđ no. s. in. ij. q. hec vera, vbi proceditur ex officio ad penā criminis, vt sufficiat subesse infamiā, licet nō sit probata corā ordinario. Si aūt proceditur ex officio debito, & vrgēte, proceditur absq; infamia: vt in matrimonio carnali contrahendo. de clandesti. despon. c. iij. vel spirituali. de elect. cum nobis. Itē vbicunq; ex mero & puro officio pcedit, in his maxime, in quibus vertitur periculū

anima

animarum.de iureiuran.ad nostram.el.ij.de offi.ord.c.i.Et remit-
tit ad no.in Summa.eo.ti.sub rubrica de inquisitione.τ sub rubri
ca de criminibus sine ordine puniendis.hoc no.Jo.And.j.e.qua-
15 liter.¶ †Quero quarto qualiter iudex se informabit sup infamia.
Dicit hic Inno.quod poterit se informare dupliciter.Primo re
cipiendo testes,q probent infamiam: vel etiã poterit iudex de pla
no per rumorem vicinie apud bonos τ graues certificari.de spõ.
16 cum in tua:secundum Innocen.hic.¶ †Quero quinto an si pba
ta sit infamia,admittatur probare volens bonam famam,ad finẽ
excludendi inquisitionem.Recitat Jo.An.hic qđ sic:τ poterit,sʒ
quosdã,etiã pbare p cubicularios,τ familiares suos de innocentia
sua.ij.q.vij.cũ pastoris.xij.q.i.sine manifeste.xviij.q.ij.in decima.
ij.q.v.omnibus.in si.l.xxxi.distinct.clerici.in authen.de monachis.
§.cogi.τ.s.eodem.licet.in fin.j.eodem.qualiter.per gloss.vltra me-
diam.In contrarium est,quia si testes dicerent eum bone fame:et
essent mille in numero,τ centum alij dicerent eũ male fame, preua
let dicta paucorum,quo ad indicendam purgationem,vel facien-
dam inquisitionem:sed ppter dicta paucorum non inducit infa-
mia.j.eo.inquisitionis.Itẽ Jo.τ Phi.ad hoc qđ no.de renun.su
per hoc.super prima gl.Tan.τ Vin.dicunt dictum plurium pfe
rendum, dummodo probarent bonam famam , sicut alij malam.
Quid de hoc velit Innoc.in.c.inquisitionis.j.eo.non apparet, vt
ibi no.Joan.An.super glo.si.Hostien.sequitur hic Tan.cui ↄcor
dat Spe.in ti.de inquisitio.§.nunc tractemus.versic.quid si plu-
res.Dicit enim Hostien.iudicem debere attendere vtrũ vox com
munis exterior cum fama concordet.vel cum infamia , τ qualitatẽ
testium:quibus:τ alijs circũstantijs pẽsatis,hoc eius arbitrio re-
linquitur:vt no.de test.presentium.τ.c.in nostra.Joan.And.dicit
qđ vbi testes primi τ secundi deponunt de fama vicinie, verũ est
dictum Tan.ad hoc,vt no.de spõn.cũ in tua,in vlt.gl.Sed si pri-
mi,licet pauci,deponãt de vicinia:secũdi,lʒ multi, sint de vicinia,
procedit qđ dicit Jo.And.Dic,si dicãt quem infamatum,τ com-
munis vox habeat eum non infamatum , preualet cõmunis vox,
secundum Inn.j.e.inquisitionis.Unde dato quod infamia, vel fa
ma posset probari per testes,maxime si de longinquo loco sit pro-
banda : dicit Innocentius tutius est proprijs auribus iudicem
habere certitudinem de fama in loco, vbi dicitur infamatus, quã
per testes:argu.de pur.ca.cum dilectus.de elect.scriptum.de pre-
sum.quia verisimiliter.Per hoc sequit qđ si iudex dicto modo est
informatus de fama bona,dicitur qđ non admittuntur testes volẽ-
tes probare infamiam: vt si admittantur duo,vel tres,non tamen
assint multi dicentes de mala fama,propter istos non est formãda
inquisitio,quasi in hoc velit preualere informationem iudicis : et
hoc satis placet.Sed vbi non est sic in locis vicinis informatus
iudex,tunc si duo probant malam famam,τ alij velint probare bo
nam:hic,licet Inno.loquatur alternatiue,dico qđ si ambo conclu
dunt diffamationem ad eũdem auditũ vicinie, procedit opinio Ho
stien.vt attendatur qualitas testium:τ in dubio statur maiori pti:
vt in.d.c.in nostra.addita tamen limitatione Jo.and.Si quilibet
ipsorum concludit infamiam in respectu ad se,qꝛ habẽt ipsos pro
infamatis quo ad se,τ alij quod nõ habent eos pro infamatis quo
ad viciniam,vel quo ad se: tunc quo ad purgationem indicendam
satis puto quod modicum releuabit probatio bone fame:qꝛ suffi-
cit delinquentem penes aliquem infamatũ,ex quo generetur suspi
cio.ij.q.v.oĩb⁹.Et lʒ nõ sit infamat⁹ quo ad totã viciniã, τ quo ad
testes deponẽtes de bona fama , põt esse diffamat⁹ apud aliquos:
quod sufficit ad indicẽdã purgationẽ,lʒ nõ sufficiat ꝙ ad inquisi-
tionẽ.Sic intellige Inn.in.c.inquisitionis.j.e.in sua gl.in ver.in-
famant ad si.Hec vera,sm Hos.vt recitat Jo.an.j.e.qualr. super.
j.glo.in duobus locis,qñ iudex procedit ad inqsitionẽ,altero insti
gante inquisitionẽ:qꝛ tunc probata infamia admittit volẽs pbare
bonã famã,nõ tñ sic:qñ superior ex officio testẽ recipit ad sui instru
ctionẽ:tñ summatim cõstat,nec psumit ↄ iudicẽ,sicut ↄ pmonẽtẽ.
17 Jo.an.ibi remittit ad hic notata.¶ †Quero sexto,an simul , τ se-
mel possit inqsitor inqrere de ĩfamia,τ de veritate criminis.Dicit
Host.qđ non dʒ sic pcedere:τ si pcedat sic,nõ seruat ordo iuris:qꝛ
inqsitio fame dʒ pcedere inquisitionẽ veritatis,vt probatũ est:qꝛ
tales articuli,τ processus nõ sunt miscendi,τ inordinabiliter con-
fundendi:vt no.s.qualiter.de rescr.cũ dilecta.§.pe.de iudi.exhibi-
ta.§.i.Idem modus seruandus est,si in modũ exceptionis crimẽ
opponatur.Consilium tamen est ordinariũ,vt appellationes eui-
tet.qđ inquirat,τ testes post recipiat super infamia,τ sic commu-
niter obseruat.Pro qua obseruantia facit in cle.appellãti.de ap.
Idem tenet Hos.j.e.qualiter.τ ibi ẽt no.Jo.an.in suppletione sup
18 verbo,infamat⁹.ver.τ vt no.¶ †Quero septimo,qualr deponant
testes sup infamia.Dicit Inn.hic,qđ dicẽt eũ infamatũ apud p-
uidos,τ discretos,quos noiabunt,ẽt si non noicent:vt p hoc appa-
reat iudici,cuius arbitrio cõmittit,τ nõ ipsi⁹ testis,scʒ vtrum sint
prouidi,τ discreti.Quod dt Inn.j.e.qualr.τ ibi Jo.an.in ver.ho-
nestis.Sʒ ibi dicere videtur qđ debet reddere causam,apud quos
sit infamat⁹,qñ de hoc interrogat,τ si non rñdeat,tũc apud quos
non reddit bonam causam dicti sui.Jo.And.remittit ibi,τ persi-
stit quod etiam non interrogatus debet respondere.Vide simile
de testi.cũ causam.vbi dixi.Nam non põt aliter sciri an sint graues,
vel maleuoli,nisi nominent.Recitat Inno.j.e.qualr.alios dicere
nõ improbabiliter,qđ ẽt nullis personis expssis, si tñ testis dicat,
Rumor,τ fama est p viciniã:sufficit:qꝛ aduerse pti incũbit proba
tio qđ apud viles est hoc infamia,vel qꝛ a vilibus orta est:quo fa-
cto,non procedit inquisitio:arg.xi.q.iij.c.iij.Nec dr in.c.qualr.j.e.
quod hoc debeat:sed dicit qđ superior non dʒ procedere ad inqui-
sitionem,nisi per bonos,τ graues ad eũ peruenerit , non vt testes
alias in forma iudicij productos,sed tanꝙ volentes prouidere sta
tui ecclesie.Scdm Inno.primum seruatur,τ tutius est,τ ẽt sequit
Bar.in.l.de minore.§.tormenta.ff.de qđ.Et si vlterius interroget
quõ sit qđ penes eos est infamat⁹, vel suspensus.ij.q.v.omnibus.
debet respondere,quia vitabant familiaritatem eius:vel quia ab
eis aduenerit,vel per plurales.in.d.c.qualiter.sufficit qđ audiue-
rit saltim a duobus.ff.de testi.l.vbi numerus.Aduerte tamen qđ
non sufficit dicere qđ apud duos tñ sit suspectus,sed opʒ qđ in te-
stimonio suo dicat qđ hoc ipsum,scʒ qđ ille crimẽ cõmisit , aliqua
pars vicinie clamat:τ puto qđ opʒ quod dicat de maiori pte. Ad
hoc in.d.c.qualiter.vbi etiam hoc placet Inno.vbi dicit quod in-
nuit ad hoc de eo , qui cogno.consan.vxo.sue.super eo.de purgat.
cano.cap.ij.Nec sufficit qđ tantum semel dicat se audiuisse ab illis
prouidis,sʒ etiam sepe audiuisse oportet.de quo in Spec.de inqui.
§.nunc tractemus.versicu.quid si ille.τ versi.seq.Dicit tamẽ In-
nocen.hoc sufficere quod dicant simpliciter infamatum, dũmodo
sinistra in publico audiantur.ad quod not.infra eodẽ, inquisitio-
19 nis.¶ †Quero octauo,penes quos debent esse infamati,vt posset
inquiri.Dicit Inno.quod apud bonos,τ graues,vt est dictum si
sit ortum a maleuolis,vel inhabilibus accusatoribus , non potest
procedi ad inquisitionem.Quantum autem ad finem vt procedat
ad inquisitionem infamie,sufficit qualisqualis infamia ortum ha
bens ab illegitimis accusatoribus.s.eodem.cum. P. Quomodo
ad finem etiam indicẽde purgationis sufficit,dummodo infamia
transiuerit ad bonos,τ graues.de quo.s.eo.cum. P.τ.c. veniens.
ad hoc quod not.glo.de accusatio.qualiter.in glo.antepe.ad hoc.
c.inquisitionis.in fine.j.eodem.Dicit Phil.quod si a maleuolis
est orta,τ non multum sparsa,nec scandalum imminet,nõ est indi-
cenda purga.de purga.cano.cum in iuuentute.tenet hic,licet In-
nocẽ.dicat qđ si ab vno tantũ,vel a maleuolis sit orta infamia,vel
potius scandalum,põt procedi ad inquisitionem.ij.q.v.mandasti.
Ad hoc,qꝛ si soli episcopo est suspectus,potest indici purgatio.ij.
q.v.ab omnibus.De quo dic vt in.c.ex parte.de offic.ordi.Ergo
ab vno,τ semel põt procedere infamatio.de quo de aboli.τ purg.c.
20 si.in fine.¶ †Quero nono an sit necesse qđ testes deponentes ali-
quos esse infamatos apud bonos,τ graues,vt pbẽt,sit necesse qđ
audiuerint ab eisdem,τ in eodem loco,τ eodẽ tempore.Dicit In-
noc.in.c.qualiter.qđ sufficit ꝙ concordent qđ sit infamatus.C.de
petitio.heredita.l.si quis.§.quoties.ff.de probatio.l.si arbiter.ff.
de edil.edic.l.i.§.causa.C.de iur.τ fac.ignorã.l.cũ falsa.Nec arctant
in causis sciendi concordare : qꝛ non producuntur ad probandas
causas,sed ad probandũ dictum per gratias.Verbi gratia: quo-
modo scis qđ est infamat⁹ apud tales? Respon.qđ audiui eos sic
loqui τc.Nam cũ nõ sit questio de hoc,a quo audiuerint,nõ est ne-
cesse qđ de hoc concordent.Similiter nec discordia temporis vitia
bit dictum : qꝛ tunc habent probare de tempore,quando tempus
est de substantia probandi.Sic intelligitur.iij.q.ix.nihilo minus.
qñ vult,potest probare,eum,de quo dicitur in contractu,vel in-
strumento,vel testamento tunc alibi fuisse.C.de contrahen.τ com-
mitten.stipula.l.optimam.s.de testi.ex tenore.τ cap.series.sicut τ
in eo,qđ debet probare se tempore deiectionis possedisse.ff.de vi,τ
vi arma.l.i.§.interdum.Idem dicit Inno.secundum istos,si quis
vult probare iurisdictionẽ,τ per aliquos probet se exercuisse iuris
dictionẽ in loco,de quo agitur:sed in causis discrepent,τ in loco,τ
tempore,τ personis,nõ vitiatur probatio.Verbigratia:Inquiri-
tur a teste,quomodo scis qđ iurisdictionẽ exercuit?Unus dicit,qꝛ
vidit Petrũ excõmunicari die Martis:τ alius,qꝛ vidit eum su-
spendere Joannem die Mercurij:alius dicit qđ cognouit de cau
sa die Jouis.Idẽ dicunt,quando petuntur decime: vnus dicit se
vidisse qđ granum collegit:alius qđ collegit hordeũ.Idem dicũt
in prescriptione,τ similibus.Recitat Inn.alios dicere qđ vbi te-
stes debẽt aliquid probare,nisi testes de loco,tempore,τ personis,
τ criminibus,τ alijs cõcordent,qđ non probant,nec habẽtur pro
pluribus.iij.q.ix.nihilo minus.vbi de hoc:alias oẽs sunt in suis
testimonijs singulares.de electio.cum dilecti.Unde dicunt testes
hos debere concordari,cũ dicant,Tali die audiuimus talem ru-
morem,vel infamiam,in tali loco,τ a talibus.Sed licet debeant
concordare,non tamen arctantur super talibus certum quid re-
spondere:dum tñ non concludant cõtradictionem,vel veritatem.

1 **Cum essent.** †Simoniacũ est, pro tẽporali obsequio ecclesiasticũ beneficiũ promittere. h. d. Primo ponit precise cõtrouersiã, ⁊ procurationis dationẽ. Secũda ibi: cumqꝫ diffinitionem, ⁊ eius causam. ¶ No. j. qd promissio ecclesie a patronõ pro cõ 2 modo temporali inducit simoniam. ¶ †No. qꝫ cõfessio partis ad 3 uerse preiudicat confessionẽ acceptanti. ¶ †Oppo. qd hic nobilis non debuerit licentiari: qr non sufficit venisse, nisi steterit. de indi. c. j. Solu. Tunc intellectus est, qd nobilis fuit in curia inuentus, ⁊ habuit ius reuocandi domũ: vel fuit citatus vt personaliter compareret, ⁊ ex causa licẽtiatus ex postfacto, vt cõpareret per procuratorẽ: vt. c. i. de iudi. li. vi. cõmittitur tñ hoc arbitrio iudicis, vt licentiet, vel nõ: ⁊ non debet iudex sine magna causa cõstringere quẽ ad redeundũ personaliter, vel precise ad pcuratorẽ constituendũ: vt hic, ⁊. s. de procur. querelã. qr nisi subsit causa: nõ est sua, sed par 4 tis electio. l. j. §. vsus. ff. de pcura. ¶ †Opp. qd ille nõ tenebat personaliter cõparere, sed per pcuratorẽ: vt. l. j. §. vsus. ff. de pcur. ⁊. c. j. de iudi. lib. vi. Sol. quãdoqꝫ quis personaliter citat: ⁊ tunc aut a papa, aut ab inferiore. Primo casu tenet personaliter cõparere, ⁊ postqꝫ cõparuit, põt legitimũ cõstituere procuratorẽ, qui persistat in negotio, vt hic, vbi hoc nõ faceret, ⁊ illicẽtiatus recederet, pcederetur cõtra eum, tanqꝫ cõtra cõtumacẽ: vt. c. cõstitutus. de procur. Scdo casu, etiã si a delegato pape iusta causa subsistente, propter quã debeat cõparere personaliter: ⁊ idem. Aut nõ subest iusta causa: ⁊ nõ tenetur personaliter, sed sufficit qd mittat pcuratorẽ: 5 vt in contrarijs. ¶ †Opp. qd laicus nõ possit conferre ecclesiã. de iure pa. preterea. c. illud. ⁊. c. cũ laici. Solu. Intellige qd promisit ei 6 dare: id est, ipsum ad ecclesiã presentare. ¶ †Opp. qd talis pmissio de aliquo pmonẽdo corã sede apostolica sit illicita, ⁊ promouẽs sit excõicatus: vt in extrauag. Bonifa. excõicamus. Sol. Fatendũ 7 est hoc esse hodie. ¶ †Quid si episcopus aliquẽ clericũ recipiat ad seruitium camere, promittens sibi decẽ marcas, donec sibi prouiderit de ecclesiastico beneficio, an valeat hec promissio, ⁊ an hoc sit simoniacum. Dic qd non, nisi ex tali pacto specialiter se obligauerit ad spirituale seruitiũ faciendũ: licet enim sperare etiã dignita 8 tes. viij. q. i. episcopũ. ¶ †Quero an sit simonia cum clericus recipiens beneficiũ predictas decẽ marcas remittat. qd videt de testi. veniens. j. eo. querelã. Dic qd verum esset, si debite essent in posterum, ⁊ hoc pacto fuisset expressum: secus in hac. q. in qua vsqꝫ ad certũ tempus fuit pensio assignata sine pacto: quo adueniente euanuit obligatio pensionis. Insti. de ver. ob. §. omnis stipulatio. Et multa licẽt tacite, que nõ expresse. ff. de here. insti. l. si quis Sempro 9 niũ. de condi. ⁊ de. l. nonnunqꝫ. de reli. do. cõstitutus. ¶ †Ad gl. oppo. qd licitũ fuerit patrono remunerare pretextu pmotionis, quã facit clericus ad papã. lxii. dist. quid proderit. Sol. Licitũ est patrono remunerando promittere ecclesiã, non precedẽte aliqua pactione, vt in cõtrario: sed precedente pactione nõ, vt hic. Unde cõncludit gl. qd licitũ est seruire episcopo pretextu remunerationis in beneficio: nec est talis spes simonia, nõ precedẽte cõditione, vel pactione: dum tamẽ hac intentione omnino seruiat, vt episcopus ei directe prouideat: qr sic esset munus ab obsequio. j. q. j. ordinationes. vij. q. j. nõ furem. alias quare seruiret, nisi speraret remunerationẽ? Et dicit gl. qd dign⁹ licite desiderat episcopatũ, ⁊ alios honores. lxix. di. si offensa. lxxx. dist. cõsuluit. ¶ Uel secundo respondet qd hic nõ fuit licitũ pactum: qr non põt esse clericus procurator laici: in aut. de san. epi. §. aliũ. vbi de hoc. Qd dicit Ab. verũ in foro seculari: secus in ecclesiastico. qui si. sint le. per venerabilẽ. ⁊ in decre. j. de postulan. a contrario. De hoc no. per Io. in. c. sunt nonnulli. i. q. j. vbi concludit qd si seruiens est dignus, ⁊ dignũ exhibet seruitiũ, etiã cũ intentione cõsequẽdi beneficiũ, nõ est simoniacus: secus si sit indignus, vel indignũ exhibet seruitiũ: qr tũc simoniacus est. Et attẽde: qr dicit Io. an. qd hic dicit gl. qd vbi seruit hac intẽtione, qd simoniam cõmittit. Dic scꝫ mentalẽ: vt no. j. eo. c. vlt. salua tñ opi. gl. nostre: qr intẽtio seruiẽtis, ⁊ cõferentis adaptat ad certũ beneficiũ: nam isto casu licite nõ exhibet seruitiũ: nec sit promotio sine vitio simonie. Dictum aũt Io. pcedit qñ non adaptat ad certũ beneficiũ, sed incertum: nam tũc licite fit seruitiũ, ⁊ licita est promotio sine vitio simonie. qd tene menti. Anto. de But.

1 ☞ Simoniacus beneficij notorius ab episcopo deponitur.
2 Notorium non dicitur omne publicum.
3 Ad purgationis indictionẽ procedit propter simplicẽ infamiam.
4 Ad purgationis indictionem an sit certus compurgandorum numerus prefixus, vel hodie sit arbitrarius.
5 In purgatione deficiens quis ex presumptione violenta, seu probabili, damnatur beneficij priuatione, ⁊ depositione. nu. 8.
6 Beneficio priuatus pp̃ter defectũ purgationis, an possit restitui.
7 Beneficio priuatur, qui illius possessionem nanciscitur sine authoritate superioris, nisi secum dispensetur.

1 **Insinuatum.** †Notorius simoniacus bñficij ab epõ deponit. Idem de infamato, qui se purgare non põt. h. d. Primo ponit papa relationẽ sibi factam: contra quam secundo prouideri mandat, ibi: vnde. ¶ No. j. qd notorie simoniacus in bñ 2 ficio, aut ordine iudiciario nõ seruato, est deponẽdus. ¶ †Not. qd 3 omne publicũ nõ videtur esse notorium. ¶ †Not. qd propter simplicem infamiã criminis proceditur ad indictionẽ purgationis. ¶ No. penã simoniaci in beneficio. ¶ Not. qd deficiens in purga

4 tione habetur pro conuicto. ¶ † Opp. qd non sit certus numerus compurgandorum, sed sit arbitrarius. de pur. cano. c. cū inter. Sol. regulariter olim purgabat episcopus cum duodecim presbyteris, presbyter cum quinque, diaconus cum tribus. Unde glo. ponit versus: sed dicit quod numerus compurgandorū est arbitrarius.

5 ¶ † Oppo. gloss. et videtur quod deficiens in purgatione non sit damnandus. Sol. Ex crimine quis non damnatur ex presumptione. vi. qō. vlti. actor. de presumpt. literas. sed purgatio indicitur in verisimili presumptione: ergo ex presumptione damnaretur deficiens in probatione Sed dic quod probabilis presumptio transit in violentam propter defectum purgationis, ex quo potest quis

6 criminaliter damnari. de presum. c. afferte. cum concor. ¶ † Quero post gloss. an taliter priuatus possit restitui: Dic quod nō per episcopum, quia nec infamia durante hoc fieri posset, propter scādalum. ij. q. vi. omnibus. et c. presbyter si. et c. si mala fama. de purg.

7 cano. c. ij. secundum Hostien. ¶ † Oppo. quod imo etiam si isti nō intrauerunt per simoniam, nihilo minus sunt remouendi. c. fin. de cleri. peregri. So. Aliqui intrant quandoque ecclesias sine authoritate superioris: et tales sunt amouendi, etiam non interueniente simonia. Item loquitur contrarium, nisi secum dispensetur. Quandoque cum authoritate: et tunc non sunt amouendi, nisi interueniente aliquo delicto simonie, vt hic, vel alia legitima causa.

8 ¶ † Secundo op. de. c. cum clerici. s. de pac. vbi veniūt vltra priuationem puniendi alia pena. So. Fatendū est contrarium: quia puniuntur alia pena, scilicet depositionis: vt. s. q. i. erga simoniacos. s. c. de hoc. et c. ij. de confes. Anto. de But.

1 ☞ Simoniacum est pretio aut fauore peccantem celare, vel recōciliare, aut digne penitētem a reconciliatione reuocare nu. 13.
2 Celans peccatum pecunie corruptione est simoniacus.
3 Peccatum celans ratione amicitie, aut familiaritatis, vel pretextu contemplationis persone simoniam committit. nu. 11.
4 Simoniacum est penitentē reducere pretio ad reconciliationē. 10.
5 Simonia quando committatur.
6 Simoniacum est, quando datur spirituale, vt spirituale debitum non detur.
7 Celare est aliud facere.
8 Celans peccatum occultum, quando peccare videatur.
9 Simonia quid, et an simoniam incurrat, qui celat peccatum pretextu commodi temporalis.
11 Celans furem, vel seruum fugitiuum, non incurrit simonie vitium pecunia recepta: secus si recipiat, ne indicetur.
12 Simonia quare videatur committi in conferēdo beneficium consanguinitatis intuitu.

1 Nemo. † Simoniacū est, pretio vel fauore peccātē celare, vel recōciliare, vel digne penitē

2 tē a recōciliatiōe reuocare. h. d. Partes patēt. ¶ † No. qd simoniacum est, pecunia celare peccatū penitentis. ¶ Secūdo no. qd ministri epi possunt cognoscere de peccatis sub

3 ditorum episcopi. ¶ † Tertio no. qd simoniacum est pretextu contēplationis psone, vel amicitie, vel familiaritatis, celare peccata al

4 terius. ¶ † Quarto no. qd penitentem pretio reducere ad reconciliationem, est simoniacum: et sic reconciliatio, et penitentia peccati

5 est quid spirituale, etc. ¶ † Quinto not. qd ptextu liuoris, et inuidie omittens aliquid spirituale alteri, est simoniacum: et sic non solum committitur simonia vt spirituale detur, sed etiam vt non detur,

6 vbi est debitum. ¶ † No. qd si datur spirituale, vt spirituale debitū

7 nō detur, est simoniacū. ¶ † No. qd celare est aliud facere. ¶ † Op

8 po. primo tex. dicit publice: ergo sequitur qd reuelari nō debet episcopo occultum Cōtrarium de. c. si peccauerit. ij. q. i. et c. in omni. de testi. Sol. Quandoque occulte peccans est incorrigibilis, et conuinci potest: et procedit contrarium quandoque est incorrigibilis: et procedit qd hic dicitur. Vel dic tex. hic procedit, quando quis hz aliquem in foro penitentiali: contrariū autem quando non habet in

9 foro penitentiali. de quo dic vt. s. de pe. et re. omnis. ¶ † Oppo. qd celās peccatum pretextu commodi temporalis, non sit simoniacus, quia ei nō congruit diffinitio simonie. ff. de re iu. l. omnis diffinitio. Nā simonia, est studiosa voluntas, siue cupiditas emendi, vel vēdendi spiritualia. Hic nō est voluntas emendi: ergo etc. So. Dicūt qdam qd hec diffinitio nō est authentica. Alij qd in his proprie nō committitur simonia, de quibus hic dicitur in prin. sed ad modū simonie puniuntur. Phy. dicit hoc simoniacum, quia phibitum. Alij dicunt qd finis. c. nō respicit hunc casum. Alij qd hoc large cōprehēditur appellatione simonie. Dicit Hostiensis quod diffinitio simonie supra posita est bona ad simoniam mētalem. Sed quia, vt dicit Jo. An. hic simonia non punitur, nisi opere subsecuto: ideo debet addi ad dictam diffinitionem, cum opere subsecuto: alias sola et nuda voluntas non induceret simoniā: vt. i. q. i. q studet. et c. reperiuntur. et c. cos. Ad contraria respōdet qd hic loquitur de conuentionali, nō mētali: et dicit qd cōuentionalis sic diffinitur. Simonia est spiritualium, vel annexorū spiritualibus, precedēte pactione, promissionis, cōditionis, vel modi, precū, aut cuiuslibet temporalitatis receptio. Ad hoc. j. q. ij. quā pio. et q. i. si quis. de re. permu. quesitum. de pac. c. si. de eta. et qua. tuam. Dicit tamen Hosti. qd est de

10 re quasi cōuentionalem: vt in. c. et si questiones. s. eo. ¶ † Opp. qd sit repugnantia tex. quia primo dicit qd penitens nō est fauore, vel gratia reconciliandus. Deinde dicit qd propter odiū non est a reconciliatione remouendus: et sic repugnat, contra. c. solicitudinem. de app. et contra. l. vbi repugnantia. ff. de re iudi. Sol. Quidā habent in tex. impenitentem. in prin. vlt. versi. et tunc non esset aliqua repugnantia. Alij habent penitentē: et tunc dic qd tex. primo non negat ipsum indistincte repelli a reconciliatione: sed bene dicit ipsum nō admittendum gratia, vel fauore: quasi prohibeat modum, et formā mediantibus quibus admittēdus est: non aūt formam reconciliationis: nam etiam digne penitens non debet ante tempus fauore,

11 vel gratia ad reconciliationem introduci: vt in tex. ¶ † Glo. opp. qd sit licitum recipere pecuniam ad celandum delictum. ff. de prescrip. verb. l. solent. ff. de condi. ob tur. cau. l. iiij. §. vlti. Solu. Dicit gl. qd hic loquitur de iudicio, qd fit ad penitētiam, ad qd quilibet tenetur. Unde non pōt quis accipere aliquod temporale, cum sem per sit spirituale. Illud loquitur de iudicio, qd fit ad furem capiēdum, vel fugitiuum seruum indicandum, pro quo potest accipi pecunia. Tamen non est licitum recipere vt fur non indicetur: quia talis receptio esset contra vtilitatem publicam, secundū quam delicta nō debent remanere impunita: vt. c. vt fame. j. de senten. excō. et. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquil. et hoc tenet gloss. in. d. l. iiij. §. vlti. An aūt quis possit compelli ad indicandū furem: Dic vt ibidem et dic qd quo ad instantiam partis non pōt cogi per iudicē: sed ipse iudex bene ex officio pōt compellere: cū ipsius intersit prouinciam

12 purgare malis hominibus: vt. l. congruit. ff. de offi. presi. ¶ † Glo. ij. querit de ratione quare simonia inducatur cōsanguinitatis intuitu: Dicit gl. qd non refert an iniustus cordis amor, an sordide preces interueniant. j. q. i. si quis neque. ¶ Opp. glo. vlti. qd omnia hic posita sunt simoniaca: quia vtrobique repugnat rationis identitas, vel maioritas. Solu. Unus intellectus qd vtrumque respiciat proximum casum, et ante proximum: et sic simoniacū. penitentem, et reconciliantē gratia remouere dignum ad reconciliationem adducere gratia vel fauore. Alius qd respiciat oēs casus in tex. et omnia posita in ver. nec quicquid. vsque ad fi. ponant pro vno: alia ab inde

13 supra ponantur pro reliquo. ¶ † Secūdo obijcitur, si reconciliare per pretiū est simoniacum: ergo nō reconciliare non est simoniacū. xxxij. dist. hospitiolum. Dicit qd duo contraria quādoque reducūt in idem ius: vt recipere pecuniam ad accusandum, vel nō accusandum: denunciandū, vel non: testificandū, vel non: eligendum, vel non. j. q. j. ad fi. j q. j. prohibet. Vel dic, reconciliare pretio, et non gratis sunt contraria. Vel dic qd vbi cōtrariorū eadem est ratio, idem est ius: secus si ratio cōtraria. Ad hoc vide no. in regula, qui sentit. post Dy. de re. iur. lib. vj. Non obst. j. q. j. sunt quidā. vbi hoc videtur sacrilegium, supple et simoniacūm, secundum Gofre. etc.

1 ☞ Ecclesia emi, vel redimi non potest.
2 Prior inconsulto capitulo non potest bona capituli remittere. 18.
3 Instrumenti traditione videtur traditum ius competens, quod instrumento probatur.
4 Judex debet laborare vt causa terminetur concordia, si fieri pōt.
5 Monachus agere potest ad reuocationem eius, quod prior illicite alienauit.
6 Alienans res ecclesie tenetur ipsi ad interesse, etiam si sit prior. 14.
7 Prelati, et priores sunt ecclesie conseruatores.
8 Uendi aut emi non potest ecclesia.
9 Contumax facta missione propter contumaciam non auditur, nisi ordine iudiciario seruato.
10 In possessionem missus ratione contumacie an possit aliquo iudiciario ordine molestari. nu. 15.
11 Beneficia, seu ecclesias, nō licet laicis recipere sub annuo censu. 16.
12 Beneficium non potest gratis concedi per illum, qui potestatem concedendi non habet.
13 Fructus ecclesie possunt vendi, vel emi.
14 Ad missionem possessionis proceditur propter cōtumaciam non veniendi, vbi de ecclesia litigatur. 19.
17 Possessio rei adiudicatur, vbi de causa liquet, et lis est contestata.

1 Querelam. † Ecclesia emi, vel redimi nō pōt. h. d. Primo ponit querelam monachorum. Secūda ibi: vnde quia committit causam. instruendo iudices in principali ibi: sciturī. ¶ † No. pri

2 mo qd prior inconsulto capitulo non pōt remittere bona monaste

3 rij. ¶ † No. secundo qd redditione instrumēti, remitti videtur ius ad rem cōpetens, qd instrumēto probatur. de quo in. l. ij. ff. de pac. Tertio

4 ¶ †Tertio no. qd iudex debet primo laborare, ut causa terminetur concordia, si potest: si non potest, debet ipsam sententia termi5 nare. ¶ †No. monachum posse agere ad reuocationem eius, quod 6 prior illicite alienauit. ¶ †Quero an iste prior teneatur monasterio. Dicunt doc. qd sic ad interesse: arg. ca. si quis de clericis. xvii. q. ii. Imo plus tanquam proditor potest accusari pena legis Cornelie de fal. vnde, secundum eos, ex hoc posset deponi. xlvi. dis. c. clericus. 7 ¶ †Quero an isti sint conseruatores. Inno. dicit qd sic, per verba 8 posita in fi. textus. ¶ †No. qd ecclesia pecunia emi, nec redimi potest. ¶ No. qd propter contumaciam non veniendi, et non parendi, 9 proceditur ad sententiam missionis. ¶ †No. qd facta missione propter contumaciam, non auditur contumax, nisi ordine iudiciario 10 seruato. ¶ †Quero an isti poterunt ordine iudiciario molestari, postquam fuerunt missi in possessionem. Dic qd sic, quia qd a iure fit, non est molestia. de electio. cum ecclesia. Dicunt hoc verum, nisi postea hoc ratificasset: vt in. c. i. et. ii. de his, que fi. a prela. sine consen. ca. de quo dic vt ibi. ¶ No. qd ius spirituale non transit cum vni11 uersitate, nisi specifice in venditione exprimatur. ¶ †Oppo. de. c. secundum instituta. s. ne cle. vel mo. Solu. Dic qd non est licitum laicis accipere ecclesias sub annuo censu, sed clericis sic: licet laici 12 curie possent fructus accipere. ¶ †Oppo. de. c. cum pridem. s. de pac. vbi etiam gratis non licet dare ecclesiam. Sol. Fatendum est contrarium, qd etiam non gratis potest ecclesia concedi per illum qui non habet potestatem concedendi, vt ex ipso pacto gratuito 13 constituatur ius in beneficio. ¶ †Opp. qd non tenuerit concessio facta monachis. de accu. ab initio. sicut simoniaca. s. eo. non satis. Dic qd permissa est venditio, vel locatio fructuum, sed non ecclesie: et sic emebantur fructus per monachos. Vel loco religioso potest concedi ecclesia, retento annuo censu. de reli. do. constitutus. sed singulari persone ad vitam, non perpetuo: de priuil. pastoralis. Etiam si fit de mensa episcopi, vel abbatis, vel alicuius religiosi conuentus, cui in vsus sit concessa, etiam quo ad fructus tantum: quia pro vicario est detrahenda legitima portio. s. de preben. extirpande. 14 †Item nec rectoria, vel vicaria potest etiam concedi ad vitam sub noua pensione, vel antiqua augmentanda: vt probatur. s. de censi. prohibemus. Imo est necesse quod personis idoneis conferant, qui in proprijs personis deseruiunt: alias superior post sex menses illam conferat: vt. s. de preben. de multa. Subiungit Io. An. quod quandoque ex priuilegio conceditur locatio ad tempus: vt. i. titu. i. 15 super specula. et no. eo. tit. querelam. etc. ¶ †Quero an isti poterunt ordine iudiciario molestari, postquam fuerunt missi in possessionem: Dic qd sic: quia qd a iure fit, non est molestia. de elec. cum ecclesia. Dicunt hoc verum, nisi postea hoc ratificasset: vt in. c. i. et. ii. 16 de his, que fi. a prela. sine consen. ca. de quo dic vt ibi. ¶ †Opp. qd debuerit imponi silentium monachis. de accu. agentibus quia sicut non potuit ecclesia redimi, ita nec emi. Et sic hec ratio facit contra monachos. Sol. Dicit hic Ab. qd hic non fuit allegatio monachorum: sed papa intendens instruere iudices, dixit qd respicerent ad initium contractus. Item ponit etiam qd ipsi receperunt ecclesiam sub annuo censu prestando: qd fuit licitum, non animo emendi, vel vendendi: et hoc verius: et tangit glo. ad qd facit. c. constitutus. de reli. do. Et hoc dicunt quidam verum, quando plus percipiunt ex 17 fructibus, quam retineant per annuum censum. ¶ †Opp. qd non fiat missio in possessionem, vbi litigatur de ecclesia. de dolo. cum, qui. Sol. Contrarium procedit, vbi litigatur de ecclesia vt beneficio: secus si de ecclesia vt de proprietate, vt hic. ¶ Glo. pe. quia alie sunt literales, opp. qd possit quid vendi, vel redimi cum vniuersitate. s. de iure pa. cum ex literis. Sed hoc manerium fuit venditum, qd est quid vniuersale: ergo et ecclesia, vt accessoria, ad illud debeat posse transire. Solu. Spirituale cum vniuersitate transit, quando venit vt accessorium in venditione, quia de eo non fit specialis mentio: secus si veniat vt principale, quia de eo fit specialis mentio, vt hic: vnde redemptio fuit nulla quo ad ecclesiam propter simoniam. 18 ¶ †Sed oppo. qd saltim deberet valere venditio manerij, seu redemptio: quia est quid temporale: cuius contrarium dicit tex. So. Dic qd manerij venditio non tenuit ex eo, quia quo ad ipsum redimere fit simoniacum: sed non tenuit, quia fuit facta alienatio per priorem sine consensu capituli. ad hoc. s. de emp. et vendi. cum dilecti. et etiam hac causa non tenuit redemptio ecclesie: vnde etiam dato 19 quod ecclesia fuisset accessoria ad manerium, idem esset. ¶ †Glo. vlt. opp. quod debuerit procedi ad diffinitiuam sententiam. de dolo. prout. Sol. Si lis non est contestata, proceditur ad missionem, vt hic, et vt lite non contesta. quoniam. §. in alijs. Si non liquet de causa, et lis est contestata, adiudicatur possessio, in qua sententia deberet defendi per iudices, cum adhuc remaneant iudices: et hoc verum vsque ad annum, secundum Docto. et sic non obst. de offi. deleg. conquerenti. vt ibi notatur.

1. ☞ Simoniacum est exigere pretium pro chrismate. et.
2. Consuetudo non excusat a simonia.
3. …
4. Nomina mutari possunt, que de sui natura non insunt.

1 Aque. †Pro chrismate ab ecclesijs exigere pretium simoniacum est, nec excusat consuetudo. h. d. Primo factum reprehensibile narrat: qd secundo fieri prohibet, ibi: qui vero. contrafacienti comminando, ibi: presertim. ¶ †No. primo quod chrisma est quid spiri2 tuale, et eius alienatio inducit simoniam. ¶ †Not. secundo qd con3 suetudo non excusat a simonia. ¶ †Tertio nota qd non solum est prohibitum exigere pecuniam pro chrismate, sed etiam pro ipso liquore: qd probatur in litera: cum hic non solum a chrismate, vel confirmato, sed ab ecclesia, cui concedebatur liquor: quia forte baptismalis erat, exigebatur pretium. ad hoc. i. q. i. placuit. ij. ¶ Quero, nunquid habeat locum, siue capiatur pro ipso sacramento, siue pro ipso liquore. Dic qd est prohibitum, non solum pro ipso sacramento chrismatis, sed etiam pro liquore: vt hic. Omnes glo. sunt literales, excepta vlti. que opp. qd consuetudo contra ius non valeat: et soluit quod consuetudo contra ius positiuum valet, non con4 tra ius veteris Testamenti, seu diuinum. ¶ †Oppo. cum gl. ij. in fi. quod licitum sit nomina mutare. de le. iij. ff. de leg. i. Sol. Nomina, que de sui natura insunt, non licet mutare: imo nec proprie possunt, vt hic. Quandoque nomina non insunt de sui natura: et tunc illa possunt mutari, et poni ad bene placitum, dummodo mutatio non fiat in fraudem: vt. l. vna. C. de mu. nomi. ¶ In gl. fi. dic ordinis, et dignitatis, etc.

1. ☞ Simoniacum est, homagium facere pro spiritualibus.
2. Beneficij promissio pro homagio faciendo est simoniaca.
3. Penitentiarius discretus querendus est in absolutione.
4. Homagio non licet clericis alicui se obligare.
5. Abolitio, seu absolutio per literas patentes principis, aut sedis apostolice delet infamiam.
6. Simonie vitium infamat.
7. Infamantes comparantur canibus latrantibus.
8. Clericus fidelitatem debet prestare suo superiori ratione ecclesie.
9. Ad pensionem annualem tenetur clericus quando sibi assignatur aliquid temporale, ex quo fructus percipit.
10. Iuramentum potest a clerico per secularem principem exigi, quando est suspectus ratione sui status.
11. Homagium quid est, et quomodo fiat.
12. Fidelitas quid est, et quando videatur clericus posse obligari ratione fidelitatis.
13. Obligatio quo ad homagium an liget clericum.
14. Simoniacus non absoluitur nisi beneficio, propter quod commissa est simonia, renuntiet.
15. Clericus quo iure videatur prohibitus facere homagium.
16. Obligatio, et absolutio, presupponit vinculum.
17. Infamie causate ex simonia quis sit effectus.
18. Dispensare quisnam possit super infamia.
19. Absolutus non presumitur infamatus, nisi ostendat literas indulgentie.
20. Simoniacum est, aliquid annuatim promittere sub nomine beneficij.

1 Ex diligenti. †Pro habendis spiritualibus homagium facere, simoniacum est. h. d. In prima supplicantis narratio, petitio, et oblatio. In secunda petitionis exanditio cum determinatione, et literarum datione. Secunda ibi: quo circa. ¶ No. primo quod 2 aliud est homagium, aliud est fidelitas. ¶ †Secundo not. quod promissio beneficij etiam annuatim prestandi pro homagio est simoniaca. ¶ No. tertio qd iuste et honeste deprecanti non est denegan3 dus assensus. ¶ †No. quod in absolutione querendus est penitentia4 rius discretus. Et hoc notabile colligit gl. qd tene menti. ¶ †No. 5 qd prohibitum est clericis se alicui homagio obligare. ¶ †Not. quod absolutio per literas patentes sedis apostolice abolet omnem in6 famiam ex crimine surgentem. †Ex quo no. qd crimen simonie in7 famat. ¶ †Nota qd infamantes comparantur canibus latranti8 bus. ¶ †Opp. qd clericus non solum possit offerre homagium, imo ad illud teneatur, per. c. grauem. i. de excess. prelato. Sol. Contrarium loquitur in fidelitate, quam prestat clericus suo superiori ratione ecclesie, quam retinet ab eo: quia ad illam bene tenetur: vt in cap. cum clerici. i. de verborum significatio. hic autem loquitur in homagio, quod non licet clerico facere: vt cap. nullus. s. de iureiu9 ran. ¶ †Secundo oppo. quod imo erat licitum prestare hoc homagium ratione annue perceptionis: vt in lib. feud. in titu. quib. mo. feu. amit. c. perceptis. §. si quis feudum. Sol. Quandoque ista annua perceptio assignatur tanquam aliquid temporale: et tunc procedit contrarium. Et tale appellatur feudum de camera, vigore cuius potest prestari homagium. Quandoque ista annua perceptio assignatur

pro beneficio ecclesiastico: et tunc non licet prestare pro tali conse-quendo homagiũ. Uel, secundum alios, hic non assignabatur annua perceptio pro beneficio, sed assignabatur beneficiũ ecclesiasti-
10 cum, ex quo percipiebatur annua pensio. ¶ †Tertio oppo. quod iuramentum etiam a clerico possit exigi per clericum non solum, sed etiam laicum, de. c. petitio. s. de iureiuran. Sol. Dic quod non est licitum: fallit in casu illo, quãdo princeps habet suspectum cle-
11 ricum erga statum suum. ¶ †Quero quid sit homagium, et quid fidelitas. Dic quod homagium est, quo efficitur quis homo alterius flexis genibus, et manibus intra manus domini positis. De quo in Specul. de feud. §. ij. et in clementi. pastoralis. §. rursus. et ibi not. in. j. gloss. de re iudic. et de sta. mona. capi. recolentes. super ver-
12 bo, hominibus. †Fidelitas dicitur, cum quis personaliter alteri fidelitatem promittit iurando. Que autem contineantur sub fidelitate, not. xxij. q. v. de forma. et aliqui ponunt in capitu. j. s. de feu. et sex continet, videlicet incolumem, tutum, honestum, utile, facile, et possibile. Incolumem, ne sit in damnum domino de corpore suo. Tutum, ne sit in damnum de secreto suo, vel de monitionibus, propter quas potest esse tutus. Honestum, ne sit in damnum de sua iniustitia, vel de alijs causis, que ad sui honestatem pertinent. Utile, ne sit in damnum de suis possessionibus. Facile, ne id bonũ, quod dominus suus facere potest, faciat ei difficile. Possibile, ne id, quod est possibile, faciat impossibile. Primum non prestatur pro spiritualibus. Secundum sic. j. de privi. antiqua. Hanc fidelitatem non prestat clericus laico, nisi in casu, de iureiuran. capitu. nimis. et exigit episcopus quandoque a clericis sub sua iurisdictione positis sibi suspectis iuramentum, ne sint contra ipsum. de iureiuran. petitio. de accusa. cum dilecti. ¶ Quero text. dicit huius, ubi habetur hec humana lex? Dicit Abb. non recolo me legisse: cũ
13 gloss. allegat iura civilia. ¶ †Querit gloss. an hec obligatio super homagio ligaverit ipsum? Dicit glo. quod non, nec de iure, nec de facto: quia nulla est talis obligatio. de regul. iur. capitu. fina. et fuit hic simonia: quia fuit hoc munus pro spirituali indebite impen-
14 sum. j. q. j. sunt nonnulli. ¶ †Tertio querit tertia gloss. quid si non esset, non vellet renuntiare beneficio. Dicit glo. quod non esset absolvendus: quia non esset correctus: et venia non datur, nisi correcto. xxiiij. q. ij. legatur. sed penitere non potest, nisi renuntiet illud
15 beneficium. ¶ †Querit quarta gloss. quo iure divino sit prohibitum facere homagium. Dicit gloss. quod est prohibitum facere de iure canonico. iij. q. v. quia suspecti. et etiam divino: ut veteris et novi Testamenti. j. q. j. qui studet. secundum Ber. Dicit tamen Hostiensis quod ideo dixit divinis, ut theologicas, et canonicas uno verbo comprehenderet. Adducit simile de iureiuran. capitu. j. et re-
16 mittit de eta. et qualita. c. penul. ¶ †Opp. vi. gloss. quia alia litera-lis, qd nõ solvatur proprie ab homagio: cõstat enim quod obligatio homagij est nulla, absolutio, alias obligatio presupponit vinculum. de despon. impube. ad dissolvendum. hic non est vinculum: igitur ut no. s. eo. glo. j. Sol. Dicit gl. quod hic proprie non absolvitur, sed absolutus ostenditur: vel ipsa absolutio refertur ad factum, nõ ad
17 ipsum ius, qd nõ subest. ¶ †Gl. super verbo, infamia, querit quis sit effectus infamie surgentis ex crimine simonie. Dicit gl. qd effectus est magnus: quia nõ potest aliter infamatus recipere ecclesiasticum beneficium, nisi per principẽ dispẽsetur. Quo vero ad penitentiam, et ad Deũ eo ipso qd penitẽtiã egit, est absolutus. ij. q. iij. §. huic autem tollitur. Dicit Host. quod etiam ex dispensatione solius episcopi potest promoveri ad simplex beneficium. s. de elec. c. penul. Sed dicit Jo. An. qd ille tex. loquitur in nõ simoniaco. i. in eo, qui non cõmisit simoniam: sed ipso ignorante fuerit commissa.
18 ¶ †Quis autem dispensare possit super infamia, remittit ad no. in. c. cũ te. s. de re iu. Dixit tamẽ Gofre. qd infamia canonica ante penitentiam per penitentiam tollitur: postea vero nõ est infamia
19 sed infamatio. ¶ †Querit gl. quare querantur litere ad tollendã infamiam. Dicit gl. qd non creditur, papam dispensasse, nisi osten-
20 dat indulgẽtiam. j. de schisma. c. ij. ¶ Op. qd licitum fuerit pactũ de certis fructibus recipiendis annuatim: nec per hoc esset simoniacum, cum tantum esset quid temporale: et simonia non committitur nisi in spiritualibus, ut patet in hoc titulo per totum. Solu. Dicit Hosti. qd erat beneficium, de quo pcipiebant annuatim certam pensionem, vel portionem: vel forte nomine bñficij ecclesiastici percipiebant decem libras, vel alium censum: alias si esset tantũ beneficium temporale, hoc liceret, et revocaretur feudũ de camera: ut in li. feu. ti. qui mo. feu. amit. j. respon. et §. si quis.

1 ¶ Simoniam non videtur committere cardinalis, pro palafreno a nobili viro recepto.
2 Simonia committitur ubi aliquid datur pro pallij traditione.
3 In conscientia expedit quem esse minus scrupulosum.
4 In simonia consideranda tria ponderantur
5 Conscientia scrupulosa non est amplectenda.
6 Iudex, nec alius, quicquã recipere debet pro iustitia ministranda.
7 Munus, et donum, in quo differant.
8 Simoniam quando inducat modica pecunia.
9 Iudicare de alterius intentione presumptive est possibile.
10 Simonia ex presumptione iudicatur.
11 Dona modici pretij que dicantur.

1 Et si questiones. †Cardinalis pro palafreno a nobili viro recepto non presumitur committere simoniã. h. d. secundum Abb. vel sic In arbitrandis muneribus, an inducant simoniam, attendi debet personarũ dantium qualitas, muneris quãtitas, et donationis tempus. Uel sic: Consecratio, vel ordinatio non est simoniaca, licet etiam prius consecratori, vel ordinatori, aliquid donatum fuerit non ex pacto. h. d. Et potest dividi in tres partes. In prima querentis conscientiam a puritate cõmendat, et scrupulositatem curiosam reprehendit. In hoc itaque factum narrat, distinguendo solvit, et solvendo concludit. Secundã ibi: cũ in accipiendis. Tertium ibi: si ergo. In tertia ibi: qd aũt respon-
2 det authoritati, ex qua dubitatio insurgebat. ¶ †Not. j. qd pallij traditio est quid spirituale: unde receptio cõmodi temporalis pro
3 tali inducit simoniã. ¶ †No. qd non expedit quem esse nimis scru-
4 pulosum in conscientia. ¶ †No. tria ponderãda in simonia presumenda, vel non: que exponũtur in tex. No. qd datio equi a potenti in casu necessitatis nõ inducit simoniam. No. qd non omnis datio inducit simoniam, sed illa tantũ, que animi est inductiva presum-
5 ptive ad spirituale cõcedendũ. ¶ †Opp. qd cõscientia scrupulosa sit tenenda, nisi prius error scrupuli dimittatur. de re. permu. per tuas. Sol. Cõscientia scrupulosa de facili nõ debet amplecti: tñ si amplectatur, dic qd talis debet declarari, ut error tollatur: et sic cõscientia pura, et clara remaneat, secundum Hosti. ut hic. Uel dic qd cõsciẽtia scrupulosa nullo dubio corroborata nõ est amplectenda: tamẽ si habet dubium aliqd, et amplectatur, non est relaxanda, nisi clarificetur. ¶ Opp. ij. cõtra tex. dicit, ignorante: ergo secus est in sciente. Sed hoc est falsum: quia utrobique est eadem ratio: ergo et c. argu. c.
6 translato. s. de consti. Sol. Dic qd idem esset, si scivisset. ¶ †Opp. iij. qd iudex, nec alius, quicquid recipere debeat, etiã modicum. C. ad l. Juli. repe. l. j. C. de asses. l. iij. et. l. nullus. cum simil. s. de censi. cum Apostolus. §. iubemus. Hoc fortificatur: nã iudex durante administratione nõ dz donationẽ recipere per se, vel interpositã personam: nec aliquis de suis hoc põt: et si receperit, totũ cogitur restituere post depositã administrationem. C. de contrac. iudi. l. j. Quinimo nec subditos gravare dz in faciendo terras suas laborari, nec aliquo modo: ut in Lombar. ne li. hoc. l. j. et ij. Imo plus, tales tenentur ad restitutionẽ quadrupli: et indignationẽ principis incurrũt: et cingulo dignitatis denundantur: et substituentes aliquẽ officialẽ pena. x. librarũ auri puniuntur: et bona ipsorũ confiscantur. in aut. ut iu di. sine quoquo suffra. §. si quis aũt. et in. §. necessitatem. colla. ij. et de collatorib. §. iubemus aũt oẽs iudices. et. §. si quis aũt. colla. ix. Sol. Exigere ab invito per se, vel aliũ, est inhibitũ, ut in cõtrario: gratis collatũ recipere, non est inhibitum, ut hic. Uel nõ habens salariũ de publico, põt recipere, ut hic: alias non, ut in cõtrario. Hec tamẽ decre. innuit in quãtitate esse arbitrariũ. Qd intellige, salvo eo qd habetur de rescrip. statutum. §. insuper. li. vj.
7 ¶ †Capio gl. super ver. muneribus. quia alie sunt literales: et quero que est differentia inter munus, et donũ. Dicit gl. qd donũ est genus: munus est species. ff. de ver. sig. l. inter donũ. Et dicit Jo. an. qd donũ est sine causa, munus cũ causa: vel donũ exiguũ, munus pretiosum. Et dicit gl. qd in muneribus dandis attẽduntur quatuor, quis dans, quis petẽs, que res, que causa petẽdi. Sed quale et qd. iij. q. vij. in gravibus. quãtũ. xvij. q. j. Ananias. Qtitas, et persona dãtis, et recipiẽtis, ut hic: et allegat dictũ Senece: qd vide per
8 te. ¶ †Opp. gl. v. quia modica pecunia inducit simoniã. j. eo. ex tue. Sol. Dicit gl. qd quandoque inducit, ut ibi: sed dic qd ibi pactũ intervenit, hic nõ. Et hec vera secundũ Hosti. ¶ Glo. super ver. donaret. querit an licitũ sit dare ioculatori? Dicit gl. qd nõ, allegat. lxxxvi.
9 dist. donare. ¶ †Gl. super ver. intẽtione. op. qd sit possibile iudicare de intentione alterius. xxij. q. ij. hiis. ut eccle. benefi. c. uno. Sol. Uere iudicare de intẽtione alterius, est impossibile: sed psumptive iudicare per exteriora bene est possibile, ut hic: unde per exteriora
10 presumuntur interiora. ¶ †Quid si hac intẽtione dedisset fructus, ut facilius negotiũ consecrationis superioris expediretur. Gl. dicit qd esset simonia, per tex. a contrario: nisi forte esset datũ in eius odiũ. j. eo. nobis. vel nisi eo prohibente fecisset. j. eo. sicut. Recurrẽdum enim est in talibus ad intentionẽ: ex intentione enim ista iudicatur. In incertis enim, nõ certis, locus est coniecturis. ff. de ver.
11 ob. l. cõtinuus. §. cum ita. ¶ †Quero que dicantur dona modici pretij? Dicit gl. illa, que ad quãtitatẽ munerum nõ rediguntur. ff. de offi. procon. l. solent. ff. de offi. presi. l. plebiscito. Nã in his simonia nõ interpretatur: quia talia modica dona non sunt presumptive animi inductiva. Ad hoc no. in. c. statutũ. §. insuper. de rescri. li. vj. et c.

Pecuniam

1 ¶ Pecuniam recipientes abbas et monachi pro receptione monachi, ex pacto, a beneficio suspenduntur.
2 Monasterij ingressus est quid spirituale.
3 Consuetudo non excusat simoniacam prauitatem.
4 Pro religionis ingressu pecunia data non applicatur ecclesie.
5 Delictum prelati, vel maioris de ecclesia, preiudicat ipsi ecclesie.
6 Simoniace recipientes aliquem in monachum suspenduntur a beneficio.
7 Religionem simoniace ingressus detrudi debet ad aliam.
8 Simonia an committatur datione pecunie sine conuentione.
9 Monachus receptus simoniace an possit dici monachus.

1 Veniens. †Abbas, et maiores de conuentu, qui pro receptione monachi pecuniam recipiunt ex pacto, a beneficio suspendunt: et receptus restituta sibi pecunia, ad aliud monasterium transfertur. h.d. Prima pars ponit querelam presbyteri. Secunda ibi: quoniam. dat iudicem, cui tria mandat. ¶ †No. qd monasterij ingressus est quid spirituale: pro cuius receptione datio pecunie simoniam introducit. ¶ †Secundo no. qd simoniaca prauitas per consuetudinem nõ excusatur. ¶ †Tertio no. qd pecunia data representantibus ecclesiam pro monachatu recipiendo non applicatur ecclesie, sed est restituenda monacho. ¶ †Quarto not. qd delictum abbatis, et maioris de collegio, vel conuentu, preiudicat ecclesie. ¶ †Quinto no. penam simoniace recipientium aliquem in monachum: quia suspenduntur a beneficio. ¶ †Sexto nota q simoniace ingressus monasterium detrudi debet in aliud monasterium. ¶ †Quero an datione pecunie sine conuentione committatur simonia. Dicit Hosti. hic qd non, nisi mentalis, que per penitentiam aboletur: et sufficit sola conuentio ad inducendam simoniam, dato qd non seruetur promissum, vt hic. ¶ Gl. ij. opp. s. eo. c. de hoc remittit ad ibi not. ibi dixi. ¶ †Querit glo. an hic esset monachus, qui receptus est per simoniam. Gl. videtur dicere qd sic, per istum tex. In contrarium facit, quia pecuniam retinere est contra substantiam monachatus: arg. s. de condi. app. c. vlti. Tu dic qd hoc non est cõtra substantiam, qd monasterium habeat pecuniam, sed qd ipse teneret, bene esset contra substantiam etc.

1 ¶ Simoniacus est ordinandus, qui aliquid dedit ex pacto suo presentatori.
2 Super occultis non iudicat ecclesia in foro contentioso.
3 Simonie vitium impedit officij executionem.
Ad penitentiam non compellit forus penitentialis.
4 Religionis ingressu non tollitur irregularitas ex delicto proueniens.
5 Ex confessione facta in foro penitentiali quis non damnatur. 7.
6 Penitentie sunt arbitrarie.
8 Ad simonie vitium excusandum consideratur intentio dantis.
9 Ordinari, vel promoueri non debet simoniacus occultus.
10 Simoniacus quando videatur suspensus ipso iure a beneficio, et ordinis executione.
11 Penitentia non iniungitur peccatori, nisi cum intentione q a peccato recedat.

1 Extue. †Si ordinandus presentatori suo aliqd dedit ex pacto, simoniacus est, nõ tamen deponitur, si hoc est occultum. h.d. Consultatio, et responsio. Secunda ibi: vnde. ¶ Not. qd datio pecunie pro presentatione archidiaconi ad ordines assumendos simoniam 2 inducit. ¶ †Not. secundo qd super occultis nõ iudicat ecclesia in foro contentioso, sed sic in penitentiali. ¶ No. iij. qd per ista verba monens, et inducens, quis non precise compellitur ad id, qd mandatur, exercendum. ¶ No. iiij. qd in crimine simonie pena penitentialis concordat pene, que in foro contentioso imponitur. ¶ Nota 3 quinto qd secundum metas fori penitentialis, etiam peracta penitentia, non retinetur in crimine simonie officij executio. ¶ †Nota sexto qd forus penitentialis non compellit necessario quem ad pe4 nitentiam, sed solum relinquit sue conscientie. ¶ †No. q irregularitas ex delicto proueniens nõ tollitur religionis ingressu. de quo 5 j. de aposta. c. ij. ¶ †No. q cõfessione facta in foro penitentiali quis 6 nõ damnat. ¶ †Ultimo no. qd penitẽtie sunt arbitrarie. ¶ †Op. 7 q tex. dicit in prin. q nõ solum ex relatione, imo etiam ex cõfessione de hoc constabat: et tamen papa nõ mandat ipsum dãnari, et puniri de crimine. cõtra. c. de hoc. s. eo. Sol. Contrarium loquitur in confessione facta in foro penitentiali: nam hic ista confessio fuit facta in foro penitentie: et ideo dicunt aliqui hic per illud, qd dicitur in tex. nõ est subaudiendũ, imo est periculosum. ad hoc de pe. et re. omnis. ¶ Glo. j. no. qd quantitas munerũ diuersitatem iuris non 8 inducit. alleg. concor. ¶ †Opp. s. eo. et si questiones. vbi modicitas dati non inducit simoniam. Sol. Dicit gl. qd consideranda est intentio: sicut in vsuris, et in furto. Dicit tamen Hosti. hic quod sola intentio non inducit simoniam conuentionalẽ, sed bene mentalem que per penitentiam aboletur: vt. j. eo. c. vlti. Dic qd modicum ex pacto, et intentione hic recipiendi pro spirituali inducit simoniã, si hoc constat: in dubio est differentia inter modicum, et magnum: qr modicum presumptiue nõ presumitur datũ propter intentionẽ ha9 bendi spiritualem: multũ sic: vt in c. et si questiones. s. eo. ti. ¶ †Glo. super ver. secreto. in prin. literalis, oppo. in ver. arg. contra. qd secreto delinquens non promoueatur sine consensu prelati sui: et sic pari ratione abstinere debeat ab ordine iam suscepto. de tempo. or. ad aures. Sol. Dicit gl. qd regularis in obedientia sui prelati, et non habens titulum, propter quem possit petere promotionem, ipsam non petit, vt in contrario: sed secularis habens titulum, qr iam promotus, executione ordinis iam suscepti vtitur: quia eo qd ordinatur, causam habet vtendi executione: nec prohiberi potest occultus, vt hic. Et assignant Doc. rationem, qr multa impediũt 10 promouendum, que non deijciunt iam promotum. ¶ †Glo. super verbo, coercere. colligit qd simoniacus ipso iure est suspensus: sed si occultus est, non potest compelli vt gerat se pro suspenso in foro contentioso: qr ecclesia, prout est fori contentiosi, non iudicat de occultis. Hoc dicit hic verum Jo. an. qd occultus suspensus est quo ad se, sed non quo ad alios, post peractam penitẽtiam. Allegat. s. eo. inquisitionis. Credo etiam quo ad alios, sed debet occulte vitari. Contra qd oppono de. c. tanta. s. eo. et c. reperiuntur. j. q. j. Sol. sm doct. contrarium loquitur in infamato: hic autem loquitur in occulto. ¶ Contra qd opp. de. c. inquisitionis. s. de accusa. vbi etiã post peractam penitentiam impeditur executio ordinis: et sic est suspensus. Sol. sm Jo. an. est suspensus quo ad se, vt in contrario: non autem quo ad alios, vt hic. Dic qd hoc dictum Jo. an. procedit in simoniaco in beneficio, non in simoniaco in ordine, iuxta ea, que fuerunt no. in. c. accusatus. et c. tanta. s. eo. Tamẽ iste tex. stringit pro suo dicto, qd debeat intelligi de simoniaco in ordine, cum hic simonia fuerit commissa in ordine. Quod etiã tenuit gl. s. eo. accusatum. et Hosti. hoc sequitur. Dicit ergo qd tex. noster nõ negat quin sit suspẽsus: sed bene non vult procedi in foro contentioso: qr omnino est occultum: et ideo posset euitari, etiam publice, preterq̃ in casu. c. nostri, vbi euitatio esset periculosa: cũ ipsius notitia fuerit habita in foro penitentiali, cuius reuelatio prohibetur: vt in. c. 11 ols vtriusq̃. j. de pe. et re. ¶ †Glo. vlt. opp. qd penitentia non dat, nisi penitenti. xxxiij. q. ij. legat. xxxiij. q. vij. quemadmodũ. Sol. Penitentia q̃tum ad vitã eternã sibi dari non põt, nisi recedat a peccato, vt dicunt iura predicta: tamen danda est ei ne induresceat in peccato. j. de pen. et re. qd quedã. forsitam cum timore penitentie citius desistet a peccato. sm gl. Et dicit Hosti. qd hec penitentia est monitoria, consultoria, et pene releuatoria: non autem est vera penitentia, ex quo non abstinet: et valet ad id, qd dicit gl. etc.

1 ¶ Simoniacum est, pecuniam recipere pro quocunq̃ ministerio ecclesiastico.
2 Ministerium ecclesie quid sit.
3 Simonia an committatur datione pecunie pro chrismate concedendo aut vtendo.

1 In nostram. †No. j. q pecuniam exigere pro quocunq̃ ministerio ecclesiastico est simoniacũ. ¶ Notabilia apparẽt ex tex. 2 ¶ †Quero quid dicatur ministerium ecclesiasticum. Dic dare pecuniam pro acoluthatu, subdiaconatu, et diaconatu, et 3 similia. s. de ele. cũ in cunctis. §. inferiora. ¶ †Quero an committatur simonia, sine detur pecunia pro chrismate concedendo, siue pro chrismate vtendo: Gl. dicit qd vtrobiq̃: vt no. s. eo. ea, que.

1 ¶ Dispensari potest cum simoniace ordinato, qui simoniacus non est, vbi ignorans ordinatur, vel sciens, et contradicens. 3.
2 Responsum certum non potest dari questioni in genere formate.
4 Dispensat solus papa cum simoniace scienter ordinatis.
5 Dispensare quo casu potest episcopus cum simoniacis.

1 De simoniace. †Cum simoniace ordinato, qui simoniacus non est 2 dispensari potest. h.d. ¶ †Not. qd questioni in genere formate non potest dari certum responsum. Item qd vbi sub genere quesito sunt aliqua specifice in decisione a genere deuenientia, sufficit respondere specificis: vbi questio in genere est formata, respõsum in vno indiuiduo, videtur negatum in genere. 3 ¶ †Ultimo no. qd cum simoniace promoto, seu ordinato eo ignorante põt dispensari: qr qd simoniace ordinatus ignoranter non potest dici simoniacus. Idem si sciens, et contradicit, secundum doc. j. eo. sient. Secus si sciat, et non contradicat, vel pecuniam soluat: 4 qr est simoniacus, et simoniace ordinatus. ¶ †Opp. cũ glo. qd non

possit episcopus indistincte dispensare cũ simoniaco.j.q.j.psentiũ. j.c.a nobis.So.Quidã sunt simoniace ordinati,vel pmoti ignorãter:et tales de iure nõ possunt in suis ordinibus remanere:de iure tamen dispensari põt cum eis,et in ordine,et in ecclesijs post liberã resignationem.Quidam sunt simoniaci scientes,vel cõsentientes:et cũ talibus solus papa dispensat.De quo.s.de transla.prela.post translationem.et ibi omnino vide.Cal.tñ contra istã distinctionẽ

5 que ibi ponit,¶†Op.qd imo episcopus nõ possit dispẽsare cũ simoniaco scienter in beneficio,vt possit pmoneri ad idẽ,vel ad aliud bñficiũ:qd pbatur.Simoniac⁹ ẽt in bñficio est infamis,vt est tex. j.q.iij.c.vlt.sed super infamia episcop⁹ nõ põt dispẽsare,vt in.c.cũ te.et ibi no.s.de re iu.et hoc tenet gl.pe.s.e.ex diligẽti.ergo nec sup dignitate,vel bñficio:cũ infames nõ sint pmouẽdi:vt.c.oipotens.s.de acc.et.lxxx.di.tãtis Daniel.So.Forte ppter hoc gl.cõiter tenuerũt qd cũ sciẽter simoniaco in bñficio eps non posset dispẽsare. Doc.dicũt qd ẽt i simonia ignorãter ab alio cõmissa,si est i ordine, sol⁹ papa dispẽsat,si est manifesta:alias sol⁹ eps.s.e.ex tue.Et sm Host.Ala.et cõiter doc.Et hec vera,vt requirat dispẽsatio in ordinibus,et bñficijs simoniace receptis,quãdo est ignorãter ordinat⁹. In alijs aũt ordib⁹ nõ simoniace receptis,et bñficijs sine dispẽsatiõe ignorãs remanebit,et noua bñficia alias canonice recipere poterit:nouos aũt ordies nõ recipiet,nisi pri⁹ i ordie ipso q̃sito simoniace dispenset,sicut et si per saltum promotus esset.lij.di.c.j.Et dicit Inn.qd in simplicib⁹ bñficijs dispẽsabit episcop⁹:in dignitate sol⁹ papa,ẽt cũ ignorãte.j.q.j.quos.De hoc.s.de ele.c.si.nullo tñ casu is,cum quo simonia cõmissa est,dispensabit,sm Inn.Pro declaratione gl.et eorũ,que ponũt hic doc.cũ q̃rit quis possit dispensare cum simoniaco:sic est distinguendum,qd aut loquimur in adepto ordinem simoniace,aut in adepto bñficiũ.Primo casu aut ordinatus fuit sciens,aut ignorans Si sciens qd intellige siue ab initio, siue ex post facto ratũ habuit,vt i.c.sicut.j.e.et cũ tali sol⁹ papa dispensat:vt in.c.nobis.sm vnũ intellectum et.c.pe.Et hoc videt tenere hic gl.et in.c.nisi cum pridem.§.post trãslationẽ.s.de renun.et tenet gl.j.q.v.psentium.Aut ignorans:et aut est manifestus simoniacus:et solus papa dispensat:vt in.c.presentiũ.j.q.v.Si occult⁹, tunc episcopus põt dispẽsare,vt hic.Tamẽ aliqui,inter quos est Host.hanc distinctionem admiserunt etiam in ordinato scienter, per.c.ex tue.s.eod.Ad qd responde,vt ibi no.et isto casu nõ reqrit dispensatio,nisi quo ad ordines simoniace receptos:quo autem ad antea receptos non requiritur dispẽsatio:imo in illis licite sine aliqua dispensatione ministrabit:et noua bñficia, dũmodo canonice, recipere poterit.Nouos aũt ordines nõ recipiet,nisi pri⁹ sit dispẽsatũ in ordine simoniace recepto,ne videatur p saltum promotus: vt.lij.di.c.j.Secundo casu principali in adepto bñficiũ simoniace, dic qd aut loquimur in adepto dignitatẽ, seu bñficium curatum, que in hoc exparant:vt.c.de multa.de preb.et.c.cũ nullis.e.ti.li.vj. aut in adepto beneficiũ simplex.Primo casu aut in sciẽte,aut in ignorante.Si in sciẽte,dic qd si sponte renũtiat,põt episcopus dispensare cum eo,vt in alia ecclesia habeat beneficium,et etiã vt ministret in ordinibus susceptis.In eadẽ ecclesia nõ potest respectu eiusdẽ dignitatis:respectu aũt alterius bñficij põt:sed in ordinib⁹ minoribus tantũ ministrabit,ad superiores aũt nõ ascẽdet.j.q.v. et sic isto casu plus punitur remanens in eadem ecclesia,q̃ trãsiens ad aliã.Si in ignorante,tunc aut cõmissa fuit ab emulis:et nõ nocet:vt.j.eo.nobis.Aut ab amicis:et tũc si expectat sententiã,in tota illa vacatione ecclesiasticam dignitatẽ habere nõ poterit: vt.s.de elec.si alicuius.exponendo illa vice,in tota illa vacatione,prout ibi exponit Jan.Et hoc verũ,nisi necessitas,vel vtilitas aliqd sua deret:vt.j.q.vij.§.nisi rigor.In alia aũt vacatione bñ dispensare poterit:arg.d.c.si alicuius.a cõtrario ibi:ea vice.Aut spont: renũtiat:et tũc gl.j.c.post trãslationem.videtur velle qd eps non posset dispẽsare cum adepto dignitatem simoniace,cum ibi dicit qd põt dispensare cum adepto beneficium:quasi secus sit in adepto dignitatem.Hosti.tamen dicit qd ex euidenti vtilitate poterit dispẽsare:alias opus est persona media.j.q.vij.et si illa.qd ibi placet Joã. de Cal.Si loquimur in adepto beneficiũ simplex per simoniã: tũc si renũtiat spõte,poterit etiã quo ad illud dispẽsari:et hoc,si ignorãter.Si aũt sciẽter,tũc poterit ex euidẽti vtilitate:alias nõ.Si aũt nõ renũtiet,sz expectet sniam:tũc nõ sit dispẽsatio respectu eiusdẽ vacatiõis,nisi vtilitate,vel necessitate suadẽte:arg.d.c.pẽ.s.de ele. Et predicta oĩa sunt intelligẽda,vbi non est cõmissa simonia cum epõ dispensante:vbi aũt esset cum eo commissa,in nullo casu dispẽsaret.Ita tenet gl.j.q.vij.presentium.secundum Jo.de Calderi.

1 ☞ Electioni contradicens propter pecuniam sibi de voluntate electi traditam,et a contradictione non desistit,electus postea confirmatus simoniacus est,et tenetur renuntiare.nu.9.
2 Simoniam inducit datio pecunie,vt post electionem legitime factam contradicatur.nu.7.
1 **Vergentis.** † Bona hereticorum 𝔠fiscãtur. et si catholicos habent filios. h. d. Premittit decisum exordiũ. Secũdo ponit statutũ de publicatione: qd probat argumento a minori. Tertio soluit obstaculũ. Secũda ibi in terris. Tertia ibi: nec huiusmo-

2 di. ¶ † No. primo qd in terris iurisdictioni tẽporali subiectis papa gerit principis tẽporalis potestatẽ, & in illis camera pape est fiscus: & per papam fit publica herũ bonorũ incorporatio. Et hoc non colligitur, si habeatur in tex. nostre. Tamen dicit Host. quod aliqui habent vestre: & dicẽdum est tunc qd loquatur plati[9] ecclesiarũ. ¶ Secundo no. quod ecclesia in criminib[9] ecclesiasticis quo ad bona exequendo non habet iurisdictionẽ iudex ecclesiastic[9]: sed statuendo & mandando sic. Ex quo no. quod etiam in delictis eccle-

3 siasticis sit incorporatio in fiscũ bonorum delinquentis. ¶ † Tertio no. quod delinquente priuato, non reintegrantur bona sola delicti penitentia, nisi ex gratia reintegrentur. ¶ Quarto no. vnã causam impulsiuam hominis ad amplexum virtuo[...] operatiõis timor pene, & quandoq timor pene corporalis magis arctat ma-

4 lum, quã timor pene spiritualis. ¶ † Quinto not. differentiam inter disciplinam, & penam: qr disciplina est spiritus, pena est carnis

5 & temporalitatis. ¶ † Sexto no. qd delictum patris nocet filijs in crimine lese maiestatis respectu honoris a patre transmittendorũ in filios. ¶ Septimo no. qd plus est offendere principẽ spiritualẽ, quã temporalem: & qd argumentũ a minori affirmando in iure va-

6 let. ¶ † No. qd casualiter a iure Dei, & canonico filius punitur pro

7 patre. ¶ † Quero an laicus possit bona heretici apprehẽdere, antequ͠ sit damnatus per iudicem ecclesiasticũ. Dic qd non: vt. c. cum

8 secundũ. eo. tit. lib. vj. ¶ † Quero an feudũ confiscetur. Dic vt no. in Spec. de feu. §. j. versi. gl. vbi Spe. ponit tres opi. quas ibi plene ponit: & aliquid tangitur per Jo. and. j. de pen. c. in quibusdam. in

9 fi. ¶ † Quero an propter commissum crimen a patre filius priuetur beneficio ecclesiastico. Dic qd non: vt no. lvi. distinc. satis per-

10 uersum. ¶ † Glo. j. oppo. qd non habeat iurisdictionem in laicos papa, & sic contra eos statuere non possit. de iud. c. nouit. Sol. Dicit glo. qd ratione peccati habet eos subiectos, propter quod põt eos ab administratione remouere, & a dignitate, & imperiũ de loco ad locum transferre. de elec. venerabilem. Excommunicare secularem iudicem negligentem iustitiam facere. xxiij. q. v. administrato-

11 res vt hic dicitur. ¶ † Opp. qd bona hereticorum non confiscentur, si habeant filios. C. de here. l. Manicheos. & l. cognominus. & aut. de Nestorianis. Sol. hec illam corrigit, ratione hic in tex. assignata. Habes similem casum. j. de pen. in quibusdã. Unde preualet decre. illis legibus. Hosti. in Summa, eo. titu. §. qua pena. dicit qd lex procedit, quãdo hereticus est mortuus ante condemnationem: hic quãdo post. Vel lex loquitur de misericordia: hic de rigore. Jo. an. dicit qd credit hãc decr. preualere in terris, que subsunt temporali iurisdictioni pape: in alijs preualent leges, que maiori equitate nituntur. C. de iudi. l. placuit. & quia pene sunt molliende: dic qd ista habet locum etiam in terris Imperij: quia hec decre. de illis loquitur. Item hoc crimen est ecclesiasticum, cuius pretextu quilibet est ecclesie subiectus. Et hoc tenet Archi. xxiij. q. vij. in summa. pro qua facit authen. Gazaros. C. de hereticis, &c.

1 ☞ Hereticis fauentes sunt infames.
2 Judex ecclesiasticus potest laicum priuare dignitate seculari propter delictum ecclesiasticum. 4.
3 Auxiliari, consulere, & fauere, inter se differunt.
5 Aduocati, vel notarij fauentes hereticis an sint excommunicati.
7 Irregulares an censeantur officio suspensi propter hereticorum defensionem, si id exerceant.
8 Suspensionis effectus quis sit, vbi ab officio suspenditur aduocatus, quia hereticum defendit.
9 Defensio insta an videatur posse prohiberi delinquenti in crimine heresis.

1 **Si aduersus.** † Aduocati, vel notarij hereticis, vel eorum fautoribus fauentes, vel eis litigantibus patrocinantes, vel pro eis instrumenta scribentes, sunt infames, & ab illo officio suspensi. hoc dicit. Primo ponit decisum exordium. Secũdo prohibitionem. Tertio penam. Secunda ibi: quia plus. Tertia ibi: quod si. ¶ Not. quod plus timetur specialiter prohibitum quam generaliter. ¶ Secundo nota quod in causa heresis, & sic in criminibus ecclesiasticis, omnes sunt, etiam laici, ecclesie subiecti,

2 etiam quo ad statuenda circa predicta crimina. ¶ † Tertio nota quod ecclesia potest priuare quem officio, & dignitate seculari propter delictum commissum, vel contumaciam circa crimen eccle-

3 siasticum. ¶ Nota summarium. ¶ † Quinto no. quod aliud est auxiliari, aliud consulere, aliud fauere. ¶ Sexto nota quod hereticus

4 videtur retinere iurisdictionem. ¶ † Septimo not. quod ecclesia ratione delicti ecclesiastici, etiam laico imponere potest statuendo, penam infamie. ¶ Nota quod tabellio appellatur scriniarius.

5 ¶ † Quero in quo generalis erat prohibitio. Dic, omnibus est generaliter prohibitum, ne faueant hereticis: vt supra, eo. sicut. &

6 j. eo. excommunicamus. §. credentes. ¶ † Quero an isti, de quibus in tex. sint excommunicati, sicut & alij fautores hereticorum. Uidetur dicendum quod sic, per precalleg. iura. In contrarium facit: quia contra istos speciali: er est promissum de pena. Item quia est specialis prouisio: vt patet ex princip. text. ergo generalis non se extendit ad hanc. Ad hoc. c. studuisti. s. de officio legati. & faciunt not. in. c. j. de rescript. Quapropter forte posset dici quod iura. c. sicut. & c. excommunicamus. §. credentes. loquuntur de fauentibus hereticis in ipso crimine heresis. Iste autem text. loquitur in fauen

in fautentibus hereticis, non tamen in crimine. Et hoc posset procedere tenendo quod principium non se referret ad prohibitionē dictorum iurium: alias tenendo qd se referret, esset tenendum qd tales essent excommunicati. ¶ Quero an omnis exceptio competat excommunicato. Dicit Vincē. qd fauorabilis, vt Vellelanum nō datur excommunicato: odiosa sic, vt Macedonianum. Alleg. ff. de condi. & demon. l. qui exceptionem. Sol. Dicit Jo. an. qd male cantauit: quia omnis exceptio datur, & fauorabilis, & odiosa: quia non excommunicati fauor, sed iudicantis equitas attenditur. de excep. cum inter. Idem tenuit postea ipse Vinc. & Jo. [7] ¶ † Quero an tales suspensi, si tale officium exerceant, sint irregulares. Dicit qd non: vt no. de senten. excommu. is, qui. lib. vj. & no. de cleri. excō. mi. c. fi. de excess. prela. c. fin. Idem Gul. in Specu. tit. ij. §. inita. ver. sed quid dices. [8] ¶ † Quero quis erit effectus suspensionis. Docto. dicunt qd ea durante non valebunt instrumenta confecta a notario: vt. j. c. ij. x. dist. Judas. In patrocinijs dicunt quidam sententias irritandas: alij contra. Hosti. dicit hoc a papa declarandum. Allegat qui fi. sint legiti. per venerabilem. cum simil. quia nullum expressum super hoc ius habetur, nisi qd aduocatus poterit per exceptionem remoueri, in. d. §. credentes. vel lucrum aduocati erit pauperibus erogandum. Ad hoc quod not. s. titu. proximo. cum sit. & c. seqnē. Item posset talis tanquā trāsgressor puniri. [9] ¶ † Gl. super verbo, auxilium. opp. & videtur qd non debeat tolli facultas habendi aduocatum, vel notarium heretico: quia nulli, quantumcunque criminoso, neganda est defensio, vel iusta sententia. de excep. cum inter. & in pluribus capitulis ibidem. Sol. Heretico intra annum non denegabitur iusta defensio, sed lapso anno, ex quo est iam receptus inter hereticos, non auditur ad aliquam defensionem. j. eo. excommunicamus. §. credentes. Unde vt hereticus est statim puniendus, & eius bona debent confiscari, sicut aliorum hereticorum. Imo dicit gl. qd propria authoritate licite eis auferunt. viij. dist. quo iure. Dicit tamen glo. qd melius est authoritate iudicis hoc fieri. xxiij. q. iij. sex sunt. idem gl. xxiij. q. vij. in summa. ¶ Glo. tangit duo. Primum, an hereticus se possit defendere. Secundū, an bona eius confiscentur. ¶ Et l. tenet Hosti. vt non admittatur eius defensio in crimine heresis. Nec obst. iura per te alleg. que loquuntur in excommunicato. In alijs criminibus bene poterit se defendere, si sit accusatus, vel inquisitus: & ei nō denegabitur iusta sententia. Nec obstat in aut. de priuileg. dotis. circa medium. colla. vi. vbi priuilegia iuris talibus denegantur: quia denegantur sibi priuilegia iuris, impugnando, accusando, vel inquirendo, vel se in heresi defendendo: quia licet vetetur aduocatis patrocinium, non tamen iustitia iudicibus. Nec obstat si dicas hereticum statim puniendum: qr si sponte redeat, recipi debeat, & in monasteriū detrudi. j. eo. excommunicamus. Alius tamen, quā iudex, in factis ipsorum non potest illis participare, nisi in his, que spectant ad salutē anime, quicquid supra dixit Hosti. Non putat Jo. an. hanc prohibitionem locum habere, nisi in his, que fuerunt hic expressa. Ad qd no. eodem tit. statutum. secundo responso. lib. vi. ¶ Circa secūdum tenent docto. & dicunt qd debitores heretici agent cōtra fiscū vt heredem. C. de iudi. l. j. ff. sol. matri. l. si marito. ¶ Glo. super verbo, infamie. colligit notabile, & in fi. opp. ij. q. iij. §. hinc colligit. Solu. Dic qd id loquitur de infamia facti. De materia dic vt habetur. s. de secundis nup. c. pen. & vlti. & s. de re iudi. c. cum te.

1 ☞ Laici occulta conuenticula non faciant, nec predicent, nec sacerdotes reprehendant.
2 Doctores debent publice, & non occulte legere.
3 Doctor a se ipso officium doctoratus assumere non debet.
4 Presbyteris, & sacerdotibus est necessaria scientia.
5 Laici debent honorem clericis.
6 Presbyteri sunt vt dij in terris.
7 Inferior quilibet potest suum superiorem arguere de peccato.
8 Prelati depositio propter scientie defectum ad quem spectet.
10 Institutio clerici ad quem spectet.
11 Exemplis non est iudicandum, sed legibus.
12 Jurisdictioni inferioris an quilibet possit se supponere.

[1] Cum ex iniuncto. † Laici occulta cōuenticula nō faciāt, nec predicent, nec sacerdotes reprehendant. h. d. Primo ponit triplicem laicorum reprehensionem: quam secundo prosequitur: primo primam, ibi: Deus. Secundo secundam, ibi: sicut enim. Tertio tertiam, ibi: licet autem. ¶ Glo. primo commendandum inuicantem intellectum diuinarum scripturarū modo licito, & permisso, & ad finem boni, nō detractionis alterius. ¶ Secundo no. quod contra occulta sapientie maxime in diuinis [2] presumitur. ¶ No. argu. † quod doctores debent publice, & non occulte legere. ¶ Quarto no. quod ordo clericorum ad instar membrorum corporis est institutus: & illa dicuntur corporis membra, [3] que ab alijs habent actum separatum. ¶ † Nota quod doctor a se ipso officium doctoratus, & predicationis assumere non debet: nec etiam predicator, nisi ad hoc per episcopum instituatur. ¶ Nota argu. quod magister debet sedere in alto, id est in terra. Ad idem ij. q. vij. §. his. ¶ No. qd potestas a Deo homini non censetur da[4]ta predicandi, nisi aliquo miraculo demonstraretur. ¶ Not. quod scientia est necessaria sacerdotibus: & quod sacerdotes simplices [5] non sunt a scholasticis, & scientibus deridendi. ¶ † Not. quod clericus debet a quocunque seculari vt Deus honorari. Hodie seruamus contrarium: imo quilibet, etiam laicus simplex, precedit cle[6]ricum: quod mihi valde videtur absurdum. ¶ † Not. quod sacerdotes vt dij sunt in terris. Quod not. contra ipsos suspendentes: quia suspendunt Deum. Et alibi dicitur: Nolite tangere christos [7] meos. ¶ † Nota quod secundum regulam Euangelicam quilibet etiam superiorem potest arguere de peccato, vel quando superior hoc permittit: alias non. ¶ Not. qd reprehensio peccati permittitur occulte ad prelatum a peccato retrahendum: non autem mani[8]feste ad ipsum detrahendum. ¶ † No. quod ad illum spectat depositio prelati propter defectum scientie, ad quem eiusdem spectat institutio. Omnes gl. sunt literales, excepta gl. super verbo, tene[9]tur. & vltima. ¶ Capio glo. super verbo, tenetur. † Et oppo. quod tex. contradicat. Nā dicit qd potest corrigere denuntiando: & postea dicit qd non spectat ad inferiorem corrigere. Solu. Quedam est occulta correctio ad finem peccatum corrigendi, & ad penitētiam: vt illa, que fit per viam denuntiationis: & ad hanc quilibet tenetur & ipsam potest facere etiam superiori, & a filio patri. Quedam est correctio manifesta, que fit ad peccati penam, vel detractionē peccantis: & hoc fieri non potest, nisi per superiorem, vel habentem potestatem: vnde nec in hac filius reprehendat patrem, nec subditus prelatum. xxij. dist. nolite. Erubescit enim lex filios effici castigatores parentum. Nunquid autem ad denuntiationem admittantur infames? Dicit gl. qd non: quod est verum in iudiciali: secus in pe[10]nitentiali: vt de accu. super his. ¶ † Glo. vltima in princip. est literalis, que colligit qd ad quem spectat institutio, spectat & destitutio. In fi. querit ad quem spectat institutio de iure communi. Dicit qd ad episcopum. Quod dicūt docto. verum de iure ordinario, & communi: quia ex speciali iure, vel commissione bene posset alijs competere destitutio, & alteri institutio: quod patet in prescriptione. Nam si prescripsi institutionem, non per hoc intelligor prescripsisse destitutionem, vel renuntiationis receptionem: alias diceretur prescriptum, quod non fuerat possessum, contra regulam, sine possessione. de reg. iur. lib. vj. Nec obst. connexio, per ea, que not. de [11] reg. iur. odia. lib. vj. ¶ † Post gl. opp. qd exemplis non credatur: quia non exemplis, sed legibus est iudicandum. C. de sent. l. nemo. Sol. Contrarium intelligitur de exemplis iudicum: sed de exemplis sacre scripture bene iudicatur: vt hic, & s. de elec. venerabilem. [12] ¶ † Quero an quilibet possit se supponere inferiori vt eum iudicet. Dic qd non: quia non posset fieri a clerico quo ad violentiam inferendam corpori, quin inferens sit excommunicatus. j. de sent. excom. contingit. j. de iureiuran. ex rescripto. Sed nec quo ad iurisdictionem hoc licet sine superioris licentia. de foro compe. significasti. nec quo ad forum penitentiale. de pen. omnis. Unde intelligēda est litera, sm Hosti. de extraiudiciali suppositione. de iureiurā. veniens. Potest etiam intelligi de iudiciali cum superioris licentia, vel etiam sine licentia quo ad papam: quia papa non ligatur iure positiuo. de quo de concess. preben. proposuit. &c.

1 ☞ Excommunicatus est ipso iure quilibet hereticus.
2 Hereticorum executio pene corporalis spectat ad secularem.
3 Exequi compellitur secularis sententias ecclesiastici iudicis.
4 Clericus hereticus non perdit priuilegium clericale antequam degradetur.
5 Pena heretici triplex est.
6 Confiscatis bonis clerici a iudice ecclesiastico cui cedant. 10.
7 Heresis ex quo potest probari.
8 Contumax in prestanda purgatione non presumitur conuictus, nisi propter hoc sit excommunicatus.
9 Hereticus quo casu non est statim curie seculari tradendus.
11 Suspicione sola, tamen probabili, indicitur purgatio.
12 Ex presumptione, nisi violenta, non potest quis de crimine damnari.
In excommunicatione perseuerans anno, & negligens se purgare de delicto heresis, non admittitur ad defensionem. 17.
13 In contumacia, & excommunicatione perseuerans post annū pro alio crimine, an habeatur pro conuicto de crimine heresis.
14 In purgatione deficiens post annum non habetur pro conuicto.
15 Suspecto de crimine si assignetur terminus ad purgationem, an si non venerit, & propter hoc excommunicetur, habeatur pro conuicto.
16 Confiscata sunt ipso iure bona hereticorum facta condemnatione

de heresi.
17 De heresi videtur quis ipso iure conuictus, ⁊ damnatus, qui post annum neglexerit se purgare.
18 Potestas potest dici, qui publico officio fungitur.
19 Vasallos absoluit papa solus a fidelitate domini contumacis propter delictum heresis domini, ⁊ subijci possunt alij domino.
20 Principes recusantes iurare de hereticis extirpadis, a quibus possint puniri, ⁊ quam incurrant penam.
21 Officia, vel dignitates, que dari nequeant in perpetuum.
22 De heresi an presumatur suspectus princeps, qui recusat iurare hereticos extirpare.
23 Bellum indicere potest ecclesia quo ad fidē, ⁊ bona ecclesie tuenda.
24 Contra paganos. vel infideles bellum nitentes quę priuilegia habeant.
25 Predicari an possit crux contra aliquos sine licentia pape.
26 In bello contra infideles acquisita an iuste efficiantur acquirentis.
27 Hereticorum, seu infidelium defensores, aut receptatores, quas incurrant penas.
28 Delicti ecclesiastici pretextu ecclesia ⁊ iurisdictione, ⁊ alijs facultatibus ⁊ dignitatibus priuat laicum.
29 Hereticis credentes, vel qui insequuntur, seu audiunt dicta hereticorum, puniuntur vt heretici.
30 Excommunicatus propter suspicionem de heresi, quā satisfactionem habeat facere vt euitet penas hereticis statutas.
31 Excommunicato simpliciter que pene videantur posse declarari.
32 Officio priuatus, vel potestate habendi officiū, an possit ad aliud eligi.
33 Hereditate ex testamento, vel ab intestato, delata an priuentur qui hereticis adherent.
34 Receptatores, vel defensores hereticorum quare puniantur.
35 Hereticorum defensores excluduntur a contractibus iurisgentium.
36 Instrumentum factum a notario excommunicato an valeat.
37 Sententia lata ab excommunicato an valeat.
38 Excommunicationem maiorem incurrit, qui participat cum receptatore hereticorum.
39 Beneficio, vel officio priuatus clericus, qui fautor, vel receptator hereticorum instituitur a solo papa.
40 Restituere an possit inferior a papa clericos depositos.
41 Regulares fautores hereticorum puniuntur per diocesanos.
42 Delicto vnius, vel maioris partis, an ceteri in minori parte perdant eorum priuilegia.
43 Iuramentum prestare recusans ad se purgandū de heresi, hereticus est.
44 Episcopus negligēs in heresi prosequenda a dignitate epali deponitur.
45 Inquisitoribus datis super criminibus heresis, an episcopus debeat circa illa inuigilare.
46 Episcopi an ab inferioribus a papa deponantur propter negligentiam puniendi hereticos.

Excōmunicamus. Pro summa primo ponit penas hereticorū. In secūda ibi: qui aūt. ponit penam suspectorum. Tertia ibi: moneant. ponit penas, ⁊ iuramenta dominorum temporalium hereticos non extirpātiū. Quarta ibi: catholici. ponit premia crucē assumentium contra hereticos, ibi. credētes. Postea ponit penas credētium, receptorū, ⁊ defendētiū hereticos. Et primo laicorum. Secūdo clericorum, ibi: si vero. tertio regulariū, ibi: similiter. Quarto ibi: qui vero. penas sibi propria authoritate assumentium authoritatē predicādi. Quinto ibi: adicimus. instruit ordinarios qualiter debeant se habere ad hereticos inquirēdos. Sexto ibi: nolimus. punit ordinarios negligētes in insequenda heretica prauitate. Casus. Congregato concilio de certis fidei articulis determinatis, ⁊ declaratis per sedem apostolicam, surrexit vnus in concilio proponens quomodo frustratorie esset dictos articulos determinasse, nisi seruentur: ⁊ cum multi reperirentur predictos articulos nō seruantes, ⁊ alios etiam qualiter bonum esset eos saltem timore penarū arctare ad dictos articulos obseruandos: Papa primo ipsis hereticis imponit duplicem penam, scilicet excōmunicationis maioris. Secūdo eis de heresi dānatis, si sunt clerici, prius eis degradatis vult eos derelinqui iudici seculari debita animaduersione puniendos, ita quod bona ipsorum, si sunt laici, confiscentur: si vero clerici applicentur ecclesijs, a quibus stipendia receperunt Et hec pcedunt, quū cōstat de crimine heresis contra hereticos. Si vero non constat de crimine heresis, sed de hoc sunt aliqui infamati, indicēda est eis purgatio ad superioris arbitrium, considerata qualitate suspicionis, ⁊ persone qualitate: ⁊ hoc de prima parte. ¶ Secundo principaliter mandat ordinarios monere, ⁊ compellere seculares potestates de prestando iuramento pro extirpandis hereticis, ⁊ negligentes dominos, seu contumaces non extirpantes mandat puniri pena excōicationis: ⁊ non satisfacientes mandat sedi apostolice nuntiari: a quibus per sedem apostolicā imponetur pena absolutionis vasallorum: ⁊ terra talium supponetur ab alijs occupanda, saluo iure domini principalis, dummodo dominus culpabilis non existat. ¶ Tertio papa principaliter premiat crucem assumentes contra hereticos, vt gaudeant priuilegio, quo gaudent crucē assumentes in terre sancte subsidium. ¶ Quarto duodecim penas in text. expressas per ordinē imponit receptatoribus, defensoribus, ⁊ fautoribus hereticorū, ⁊ credentibus. Et primo eas imponit laicis. Secundo clericis. Tertio extēdit ad seculares. Quarto penas imponit publice, vel priuatim assumētibus officium predicandi preter authoritatem diocesani, vel sedis apostolice, cum sint ab apostolo prohibiti. Et primo penam excommunicationis. Secundo pro contumacia penā arbitrariam. Quinto instruit iudicem vt ad inquirendos hereticos archidiaconum inquirere faciat, vel aliam personam, qui a vicinia, vel aliquibus capiant iuramēta de hereticis, ⁊ de fama eorum, de vicinia, quo ad prauitatem heresis manifestandam: quibus manifestatis instruunt ad penam imponendā, ⁊ non iurantes puniri mandat vt hereticos. Vltimo excitat officium ordinariorum ad inquirendos hereticos, ⁊ culpabiles negligentes punit pena priuationis dignitatis episcopalis, alijs idoneis in locum eorum substituēdos.

1 ¶ † No. i. quod omnis hereticus est ipso iure excommunicatus: ⁊ sic habes vnum casum, in quo sententia excommunicationis quis ipso iure ligatur.

2 ¶ † Secūdo no. quod executio pene corporalis hereticorum spectat ad iudicem secularem, etiam pro delicto ecclesiastico. Et bene dicitur executio, quia statim facta condemnatione de delicto heresis, bona sunt ipso iure confiscata: vt. c. cum secundum. eo. titu. lib. vi.

3 ¶ † Tertio no. quod sententiam latam ab ecclesia in crimine ecclesiastico exequi compellitur laicus.

4 ¶ † Quarto no. quod hereticus clericus non perdit priuilegium clericale antequam degradetur. Dic scilicet actualiter. Ad quod vide no. de pen. c. ij. lib. vi. in glo. fin. ⁊ in. c. cum non ab homine. supra de iudi. nisi diceretur hoc esse speciale in crimine heresis, vt etiam nulla facta degradatione actuali ipso iure esset priuatus priuilegio clericali, iuxta not. supra, eodem. ad abolendam.

5 ¶ † Quinto no. penam triplicem excommunicati. Primam spiritus, vt excommunicatio. Secundam corporis, vt concrematio per secularem. Tertiam bonorum, vt publicatio.

6 ¶ † Sexto not. quod etiam vbi ex delicto ecclesiastico infertur per ecclesiam publicatio bonorum, quo ad clericū camera ecclesie est fiscus, quo ad laicos camera fisci laici est fiscus. Et quod dicit de bonis confiscandis, quo ad clericum intellige de bonis proprijs ipsius clerici, non autem ecclesie, iuxta clemen. nolentes. eo. tit. ¶ No. ex versi. qui autem. quod in crimine heresis ad solam suspicionem inducitur purgatio, que debet esse arbitraria: in quo arbitrio informando ponderatur quātitas suspicionis, ⁊ qualitas persone.

7 ¶ † No. modum probandi heresim: quia eo quod quis est excōmunicatus, vt de heresi suspectus, ⁊ anno durat in excommunicatione, presumitur hereticus, ⁊ vt hereticus eo ipso damnatur. Ad hoc. c. cum contumacia. eodem titulo lib. vi.

8 ¶ † Not. quod contumax in prestanda purgatione non presumitur tanquam conuictus, nisi propter hoc sit excommunicatus, ⁊ per annum in excommunicatione perseueret: ⁊ sic aliud est purgationem indictam assumere, ⁊ non posse purgare: ⁊ tunc presumitur vt conuictus. Hec sunt notabilia vsque ad. §. moneantur. In hac parte sunt octo gl. prima, ⁊ secunda literales.

9 ¶ † Tertia super verbo, degradatus. in princip. est literalis. Deinde oppo. quod statim non tradantur curie seculari propter heresim degradati. infra, eodem. excommunicamus. Sol.

10 Hoc verum, nisi redire voluerint: vt ibi. ¶ † Glo. super verbo, stipendia. querit quid si habet stipendia in diuersis ecclesijs. Dicit glo. quod inter ecclesiasticas diuidentur. supra, de testamen. relatum.

11 ¶ † Oppo. glo. super verbo, suspicione. quod sola suspicione non indicatur purgatio. ij. q. i. primo semper. Sol. Intellige de suspicione probabili: alias non indicetur purgatio. Imo dicit glo. quod infamia hic inspicitur.

12 ¶ † Oppo. gl. super verbo, condemnetur. quod non damnetur, dato quod anno steterit in excommunicatione: quia de crimine heresis, vt graui, etiam propter probabilem presumptionem quis non damnatur: vt patet de presump. literas. Solu. Vt quis damnetur de crimine, sufficit violenta presumptio: sed hic non solum erat violenta, sed violentissima: eo ipso enim quod voluit se purgare, est suspicio contra eum de heresi: ⁊ eo quod stetit per annum in excommunicatione, presumptio est violentissima, propter quam potest damnari. ¶ Habes gl. vsque ad vers. secus. ibi gl. ¶ Opp. quod etiam post annum quis non habeatur pro crimine conuictus. ff. de rei vendica. l. annus. vbi licet bona absentis post annū debeant annotari, auditur tū se principaliter defendens super crimine. Solu. Dicit gl. hoc procedit in crimine heresis:

resis: contraria procedunt in alijs criminibus. Itē sibi procedebatur contra absentē, nec erat indicta purgatio: nec erat causa alia, ex qua surgeret criminis presumptio, nisi sola contumacia, ⁊ non purgatio. Itē ⁊ perseueratio in excōicatione, ex quibus surgebat violenta criminis presumptio, ⁊ suspicio. habes glo. vsq; ad versi. sed quid est. ¶ Glo. ibi oppo. qđ non habeatur statim pro conuicto. i. q. vij. cōuenientibus. vbi sepius est monendus anteq̄ damnetur. xxiij. q. que domus. Dic qđ etiam antequā damnetur, est admittendus, vt redeat. Et sentit glo. qđ etiam post annum si redire vellet, audiretur antequā esset damnatus. Et dicit gl. qđ post admonitionem est vitandus quo ad hoc, vt secreta fidei sibi non pandantur, ⁊ exponātur. xliiij. dist. in mandatis. ne per hoc nos impu
13 gnet. ¶ Habes glo. vsq; ad ver. nec intelligas. † Querit glo. an in contumacia, ⁊ excommunicatione existēs pro alio crimine, habeatur pro conuicto de crimine heresis. Dicit gl. qđ non. Intelligendum est ergo, quem haberi pro heretico, quando ei indicta est purgatio, ⁊ qz se non purgauit de crimine heresis, est excōmunicatus, si in tali excōmunicatione anno perseuerauit. ¶ Venio ad extrinseca prime partis, ⁊ oppo. quod damnati, si reuerti voluerint, non sunt puniendi. supra eodem. ad abolendā. Sol. Dic quod sunt puniendi, nisi reuertantur statim: vt in contrario. ¶ Not. hoc dictū, quod etiam post condemnationē factam per ecclesiam possunt reuerti damnati, vt sentiunt hic Docto. Tex. facit in cōtrarium: vt d. c. ad abolendam. vbi vult eos admitti, si continuo, cum cōstat de heresi, reuertantur: hoc seruaremus. Hoc tamen intellige vt. j. eo.
14 excommunicamus. ¶ † Opp. secundo quod vbi propter suspicionem indicta est purgatio, non excōmunicetur deficiens in purgatione, sed damnetur tanquam de heresi conuictus: vt supra, eo. ad abolendam. §. qui autem. Sol. Si quis purgationem indictam negligit prestare, habet locum hec decre. qz non habetur pro conuicto, sed vt contumax excommunicatur, in qua si per annum steterit, damnatur vt hereticus. Si vero indicta est purgatio, ⁊ ipsam prestare voluit, sed non potuit, quia non inuenit compurgatores, vel compurgatores non bene deposuerunt, ⁊ sic in purgatione defecit, statim punitur vt hereticus, vt in contrario, secūdum Hosti.
15 ¶ † Quid si suspecto assignetur terminus ad purgationem, an si non venerit, ⁊ propter hoc excommunicetur, procedat. §. Videtur quod sic: quia si nō venit, per eum stat quo minus indicatur: ⁊ debet haberi perinde, ac si indicta esset. ff. de regu. iur. l. ad ea. §. semper. ⁊ l. iure ciuili. ⁊ l. quibus diebus. ff. de condictio. inde. Hosti. cōtra, aliud est statuere terminum ad purgationem indicendam: ⁊ hic non est contumax in non purgando, sed in non inueniendo ad purgandum: ⁊ non habet locum pena decre. quia non potest dici contumax in purgatione, que nondum est indicta, sed indicenda, cum nondū sit in rerum natura: vt supra de constit. cū accessissent. ⁊. ff. de iure codicillo. l. quidam referunt. Aliud est, purgationē indictam esse, ⁊ non assignatum esse terminum ad purgandum: ⁊ adhuc de facili non potest conuinci contumacia: arg. eius, quod not. ff. de offi. ordi. irrefragabili. §. excessus. Nisi dicatur quod intelligatur terminus vt se purget quam citius potest. ff. de verb. obl. l. cū, qui literas. quod durum esset hic sentire. Aliud est indicere purgationem, ⁊ statuere terminū ad purgationem faciendā: quo casu si indicitur purgatio ad arbitrium, ⁊ statuitur terminus ad purgā dum, ⁊ non veniat ad se purgandum: dicit Hosti. quod habebit locum hic. §. nisi appelletur ex legitima causa. Si vero indicitur purgatio certa, ⁊ determinata, vt tertia manu se purget, ⁊ statuatur terminus, si non purget intra terminum, habebit locum hic. §. ⁊ non audietur post terminum appellans, tanquam sit verus contumax. ij. q. vij. sunt quorum. Dicit Io. an. hanc questionem, vt proponitur, non putat dubiam. per capi. contumacia. eod. titu. lib. vj.
16 ¶ † Venio ad questiōes, ⁊ quero primo an hec publicatio fiat ipso iure, an requiratur sententia. Dicit quod ipso iure. Casus est hodie in capi. cum secundum. eodem titu. libro sexto. requiritur tamen sententia declaratoria delicti, non confiscationis. ¶ † Secun
17 do quero an post annum in existente in excommunicatione requiratur sentētia, vt sit damnatus hereticus. Videtur qđ sic, propter verbum, dānetur, quod est futuri temporis: per quod videtur qđ quis possit purgare vitium post annum ante latam sentētiam: sicut si legata esset optio intra tēpus, post illud eligere possum antequam mancipia distrahantur. ff. de optio. lega. l. mancipiorū. de preben. si tibi absenti. lib. vj. In contrarium videtur in aut. Gazarenos. C. eod. tit. quia ibi dicitur quod si per annum steterint, eos vt hereticos damnaremus: ⁊ sic sine aliqua sententia videtur, eos vt hereticos damnatos. Non obstat si dicatur quod crimē heresis sit de foro ecclesie: quia dicta constitutio fuit per Romanam ecclesiam approbata, vt procurata. infra, eodem. inquisitionis. in prin
18 cip. lib. vj. ¶ Venio ad secundam partem. † Et nota primo quod quilibet publico fungens officio potest dici potestas. ¶ Nota secundo quod quis potest in perpetuum, et temporaliter esse Potestas. ¶ Tertio no. formam iuramenti, quam habent prestare potestates de hereticis extirpandis, ⁊ penam non extirpantiū, ⁊ ag
19 grauationem pene eis in contumacia perseuerantibus. ¶ † Quarto no. quod solus Romanus pontifex pretextu delicti ecclesiastici absoluit vasallos a fidelitate domini contumacis, ⁊ potest supponere terrā occupandā a catholicis pretextu delicti domini. ¶ No. quod propter delictum inferioris domini non preiudicatur superiori hoc ignoranti: ⁊ sic alterius delictum ⁊c. Hic sunt quator gl. ¶ Oppo. quod debeat etiam iurare quod sit catholicus. in aut. vt iusiurand. qđ presta. ab his, qui administra. suscip. colla. secunda. Sol. Hic prestat ⁊ illud. ¶ Alie glo. sunt literales. ¶ Glo. vltima
20 opp. de. c. vergentis. dicit illud. c. speciale, vt ibi dicitur. ¶ † Opp. extra, ⁊ videtur qđ solus episcopus possit punire tales dominos: non autem requiratur archiepiscopus, ⁊ consilium coepiscoporū. supra, eodem. ad abolendam. Sol. Contrarium loquitur in domino paruo, qui potest puniri sine scandalo: hic in magno principe, qui habet sub se archiepiscopum, qui non debet puniri sine consilio, quando timetur scandalum: qz hec causa dicitur grauis, que per concilium est tractanda. iij. q. v. cum liceat. ⁊. c. vnaqueq;. Vel intellige illud plurale vt generet singularitates: vt archiepiscopus in episcopatu, ⁊ episcopi in suis episcopatibus. ⁊ hec sufficiant.
21 ¶ † Opp. quod potestas non possit dari in perpetuum, de. l. meminisse. ff. de offic. proconsu. ⁊ de. l. si forte. ff. de offi. presid. Solu. Dic quod quandoq; sunt dignitates, que de sui natura transeunt in filios: vt sunt ducatus, comitatus, ⁊ similia, ⁊ tales possunt dari in perpetuum. Ita potest intelligi iste tex. Quedam sunt, que de sui natura non transeunt in filios, sicut sunt officia, que dantur regulariter de semestri ad semestre: ⁊ in perpetuum tales dari non possunt. Ita intelligitur contrarium. De quo plene in. c. si. s. de iudi.
22 ¶ † Quero an elapso anno archiepiscopus cum concilio posset procedere contra istum tanquā suspectum de heresi. Dicit quod sic, secundum doc. argu. §. precedentis. ¶ Venio ad tertiam partē ad versi. catholici. ¶ No. quod crucis assumptio contra hereticos habet illa priuilegia, que habet crucis assumptio cōtra paganos,
23 ⁊ in subsidium terre sancte. ¶ Secundo no. † quod ecclesia potest indicere bellum. Quod dicit gl. verum quo ad fidem, ⁊ quo ad bona ecclesie defendenda. Allegat. lxiij. dist. Adrianus. xv. q. vj. au
24 thoritate. ¶ † Quero primo extra que priuilegia habēt isti cruce signati. Dic quod habent remissionem peccatorum, ⁊ multa alia, que habentur. s. de Iudeis. ad liberandam. Dicit Io. and. quod interpretatur consuetudo per religiosos inquisitores: ⁊ inducta qđ etiam tempore pacis ecclesie, ⁊ qđ non instant hereticorū perfidia, vel potentia, vel incastellatio, datur signum crucis contra hereticos: ⁊ sic cruciati priuilegio, de quo hic dicitur, nolunt vti.
25 ¶ † Quero an crux possit predicari cōtra aliquos sine licentia pape. Dic quod non, sicut nec votum redimi. de voto. c. quod super. ⁊ c. seq. ⁊ ille indicat, qui pōt soluere. de reg. iur. c. j. Item quia principaliter ad papā spectat respondere de fide: ⁊ per consequens eius accessoria. xxiiij. q. j. quorum. sic ⁊ qualitas indulgentie, de qua hic
26 datur per solū papam. ¶ † Quero an occupata in bello efficiātur occupantis. Dic qđ aut bona occupata sunt immobilia: ⁊ remanent prioris domini: vt. l. si captiuus. ff. de capti. ⁊ postli. reuer. Aut sunt mobilia, ⁊ fiunt occupantis: vt eo. titu. l. antepen. ⁊. l. ab hostibus. C. eo. tit. Vel dic qđ si ex parte pugnantis bellum est iustum, tunc pugnans oīa occupata facit sua: vt. l. v. §. in pace. ff. de capti. saluo nisi sint feudalia: qz tunc occupantur sine preiudicio domini principalis: vt. s. §. proxi. Ex parte iniuste pugnātis si capiuntur, ⁊ redimantur, reuertunt ad antiquū dominum: vt. d. l. si captiuus. Ad hoc vide de homici. pro humani. lib. vj. Hic nō sunt gl. ¶ Ve
27 nio ad quartam partem tn. §. preterea. ¶ † No. j. quod credentes, receptatores, ⁊ hereticorū defensores pari pena puniuntur. ¶ Secundo no. vndecim penas eorum. Prima, est excōicatio. Secūda, in contumacia perseuerantis infamatio. Tertia, priuatio publici officij. Quarta, priuatio vocationis ad concilia. Quinta, priuatio electionis, ⁊ alia. Sexta, priuatio potestatis testificandi. Septima priuatio potestatis testādi actiue, ⁊ passiue: qz non instituitur, nec institui potest. Octaua, priuatio potestatis agēdi. Nona, priuatio iurisdictionis. Decima, priuatio aduocationis. Undecima, priua
28 tio officij notariatus. ¶ † Tertio no. generaliter qđ pretextu delicti ecclesiastici ecclesia priuat iurisdictione, ⁊ alijs facultatibus, ⁊
29 dignitatibus ecclesiasticis laicū. ¶ † Opp. qđ credentes patiantur penā hereticorū. j. eo. c. pen. Sol. Hodie damnantur vt heretici, vt in cōtrario: ⁊ domini credentes, qui insequuntur, ⁊ auscultant dicta hereticorū. ¶ Opp. qđ alia pena imponatur, de cōsti. Frederici, que incipit, Patarenorum. vbi tales adherentes relegantur, ⁊ bona publicantur, ⁊ filij honore priuantur, ⁊ detegētes Patarenū sic dānati fame restituuntur. Solu. Hec ⁊ illa est imponenda. ff. de accusa. l. j.
30 ¶ † Quero in quo debeat satisfacere excōicatus, vt euitet illas penas. Dic qđ abiurare dz heresim, vel se purgare, si tñ est suspectus. j. eo. §. addicimus. ⁊ si alia cā notoria dz restituere fructus perce
31 ptos, ⁊ qui percipi potuerunt: arg. de resti. spo. grauis. ¶ † Que

ro an iste pene imponantur simpliciter excõicato: Dic qd sic, vt priuentur potestate habendi publica officia. de procu. c. si. Item vt nõ possint eligere. de cõsue. cũ dilectus. Item pena priuationis te stificandi. de testi. veniẽs. ij. §. fi. An in excõicato habeat locũ pena priuationis facultatis testificandi: habetur de sen. excom. decerni mus. li. vi. de excep. pia. eo. li. Itẽ vt priuetur facultate agẽdi. de in di. intelleximus. Itẽ vt priuetur potestate iudicãdi, si sit notorius. de re iudi. ad probandũ. Saluo qd habetur. §. eo. presidentes. li. vi. Itẽ pena priuationis tabellionatus cõgruit excõicato: vt not. iij. q. iiij. nullus. de quo dic vt in. c. decernimus. de sent. excom. lib. vi.

32 ¶ † Quero tertio an priuatus potestate habendi officiũ sit priua tus potestate ad illud eligendi: Dic qd non: q2 he pene hic ponun tur separate: per qd videtur qd nepos damnati licet non posset habere ecclesiasticũ beneficium, possit tamen habere potestatẽ eli

33 gendi: vt in. c. ij. de hereti. li. vj. ¶ † Quarto quero an excludantur ab hereditate, siue deferatur ex testamento, siue ab intestato: Dic qd sic, licet aliter innuat tex. in auc. vt cum de appel. cogno. §. gene

34 raliter. z. §. seq. que sunt correcte per. c. vergentis. §. eo. ¶ † Venio ad gl. in verbo, receptatores. z quero quare puniantur hereticorũ defensores. Dic, q2 sine eis diu non possunt manere heretici. ff. de offi. presi. l. congruit. z ideo sunt puniendi: q2 etiam grauius delin quunt, qui aliorum errores defendunt. xxiij. q. iij. qui aliorũ. Ideo simili pena cum hereticis puniũtur: arg. xxvij. q. j. de filia. In ipsis

35 temperaretur pena extra istud crimen. ff. de recepta. l. j. sed non in isto, secundũ Lauren. ¶ † Opp. gl. ij. qd excludantur etiam a con tractibus iuris gentiũ. C. eo. l. Manicheos. Sol. Gl. dicit qd exclu duntur ab omni actu legitimo, z etiã a potestate contrahendi: vt

36 in contrario. ¶ † Quero an instrumentũ confectum ab excõicato valeat. Dicit gl. qd hic probatur qd sic. Nam si propter cõtemptũ excõicationis priuatur potestate conficiendi instrumenta: ergo si contempserint, licet sint excõicati, non priuantur ipso iure. Cõtra

37 rium no. super tex. ¶ † Gl. super verbo, damnatur. querit quid de sententia lata ab excõicato. Dic qd est nulla, si est publice excom municatus. de re iudi. ad probãdũ. Idem in rescripto. de rescrip. dilectus. Dicit tamen gl. qd posset dici cõtrarium qd non sit ipso iure nullum: vt not. Ber. de excep. pia. in glo. sed mirum. qd est fal sum hodie de rescrip. c. j. li. vj. Et hic dicit glo. qd voluit dicere idẽ z in similibus: z sic sm doc. denotat similitudinẽ: quo ad officia be ne priuabuntur oibus officijs publicis, z actibus legitimis, quo modocũq nuncupentur. põt etiam fieri comparatio quo ad perso nas, sicut schismatici, z notarij excõmunicati. ¶ Venio ad versi. si vero clericus. ¶ No. j. quod clericus deponitur ab officio, z bene ficio, qui est credẽs, fautor, vel receptor heretici. ¶ Secũdo no. qd ceteris paribus in crimine heresis grauius punitur clericus, quã laicus: q2 grauius delinquit clericus peccans in fide, quã laicus.

38 ¶ † No. casum, in quo cõicans excõmunicato incurrit maiorẽ ex cõicationem, scilicet quando cõmunicat heretico, vel fauenti here tico. Qd intellige per sententiam, si intelligis de maiori: alioquin ipso iure intelligendo de minori. ¶ Quarto no. aliam penam isto rum receptãtiũ hereticos: q2 carent sepultura, eleemosynis, z alijs

39 orationibus. ¶ † No. casum, in quo priuatus officio a solo papa re stituitur. ¶ Venio ad gl. huius partis. ¶ Gl. super verbo, exer ceatur. est literalis, z sequitur generalia. ¶ Secũda gl. est expedi

40 ta in notabilibus. ¶ † Querit tertia gl. super verbo, speciali: an inferior a papa clericos depositos possit restituere. Dicit qd non: q2 ex quo papa sibi reseruat, alijs prohibuisse videtur: sic z quãdo sibi nõ reseruat, alijs cõcedere videtur. de sent. excõ. nuper. z dato qd episcopus nõ restitueret ad officiũ, tamen posset ipsum ecclesie reconciliare. §. eo. ad abolendã. §. j. vbi de hoc Host. dicit qd a sen tentia canonis põt absoluere inferior, vbi papa nõ reseruat: secus dicit in sententia excõicationis, quam fert papa proprio ore ter in anno, a qua nõ videtur qd inferior a papa possit absoluere. de ma. z obe. cum inferior. per hoc infertur qd nullus põt ad plenũ recon ciliare hereticum sine speciali pape licentia: qd est no. dignum, sm Host. Nisi dicas sententiam oris pape esse canonem generalem, ex quo papa non reseruat. de sent. excom. nuper. sed verius qd recon ciliare potest episcopus: vt. d. c. ad abolendam. ¶ Venio ad versi.

41 similiter. ¶ † No. j. qd regulares fautores hereticorum puniuntur per diocesanos, non obstantibus suis priuilegijs: z sic est casus, in

42 quo exemptus iudicatur a diocesano. ¶ † Opp. qd propter deli ctum vnius non perdant alij priuilegia. de his, que fi. a ma. par. c. peruenit. Sol. Hoc intellige, quãdo omnis, vel maior pars deliqt: alias secus, vt in cõtrario: vel hoc speciale propter criminis enor mitatem. Credo qd intẽtus sit textus exuere a priuilegijs tantũ modo delinquẽtes: z sic non obst. contrariũ. Gl. est literalis. ¶ Ve nio ad ver. qui vero nonnulli. Nullus debet sibi officiũ predicandi assumere, nisi hoc sibi a iure, seu a sede apostolica. vel diocesano episco po licentia concedatur: alias excõicatur, z sibi non resipiscenti alia pena imponitur. h. d. ¶ No. j. qd solus papa, vel episcopus in dio cesi potest concedere authoritatem predicandi. ¶ Secũdo no. qd excõmunicandus est officium predicandi assumẽs ppria autho ritate. ¶ Tertio no. quod crescente contumacia, crescere debet: pe na. ¶ Not. quod quidam sunt habentes officium predicandi non missi, z predicare possunt, nisi prohibeantur. Quidam sunt nõ ha bentes officium predicandi, nisi mittantur: z tales nõ pdicant, nisi appareat eis cõcessum. ¶ Quero qui sunt habẽtes potestatẽ pre dicandi etiam nõ missi: Dic qd episcopi. Matthei vltimo. xxi. di. in nouo. xvi. q. j. statuim9. cũ si. Et possunt pdicare in qualibet dio cesi. vj. q. iiij. scriptum. Vel id loquit de falce iurisdictiõis, non pre dicationis: q2 missio episcopi authoritate diuina est comprobata, dũ tamẽ caueat ab errore. xl. di. si papa. q2 verbum Domini nõ est alligatũ. secunde ad Timo. secundo. Tamen tenet qd si prohibea tur, non debet predicare: sed indulgẽtiã cõcedere non potest, etiam si non prohibeatur, nisi habeat specialẽ pape licentiam, vel episco pi loci. de pe. z re. quod autem. Ratio, quia per predicationem alie ni limites non multum vsurpantur, z fit melior cõditio diocesani, z animarũ sibi commissarum. xcv. dist. ecce. vnde eo inuito videtur hoc fieri posse. ff. de solu. l. solutionẽ, tamẽ eo inuito fieri nõ potest, vt dixi: quia eius termini videntur occupari. ¶ Quero q possunt pdicare tãquã missi: Dic vt i Predicatorib9, z Minorib9: vt i de creta. dudũ. de sepul. in cle. ¶ Quero an abbates possint dare hãc licentiam pdicandi: Dic qd non: vt in tex. §. de excе. prela. acceden tibus. Secus si missam vellet celebrare: quia id concedere põt qui libet curatus, dummodo constet celebrare volentẽ esse presbyterũ, supra de cleri. peregri. c. primo, z secundo z q2 in primo maius im minet periculum: vt. §. c. proxi. Dicit tamen qd si persona pdicare volentis sit nota, vt q2 magister in theologia, vel alius competẽs predicator per episcopum approbatus, z deputatus ad curam, vt sunt ecclesiarũ prelati, vel alij, quibus predicare generaliter sit cõ cessum, etiam quilibet curatus hanc potestatẽ, alias authoritatẽ dare poterit. Ad hoc supra de offi. ord. cum ab ecclesiarum. sm In noc. Quod intelligit Hosti. casualiter, z in transitu: sed episcopus generaliter hoc concedere poterit per totam suam dio. de offi. ord. inter cetera quod inferior nõ potest, vt hic. ¶ Quero quis censea tur vsurpator predicatiõis officij: Dic qd non missus p papã, vel episcopum, nec probans missionem per operationẽ miraculi, seu testimonium scripture. §. c. proximo. ¶ Venio ad gl. Ista gl. que rit que erit cõpetẽs pena: Dicit qd superioris arbitrio, zc. ¶ Ve nio ad. §. adijcimus. Archiepiscopi, z episcopi ipsorũ prouincias, z dioceses suspectas de heresi, saltem semel in anno per seipsos vel alios idoneos visitent: q etiam debent, si hoc expedierit, iuramẽtũ recipere, z exigere ab illis de vniuersitate, de reuelãdis ipsis here ticis, seu occulta cõuenticula celebrãtib9: quos sic reuelatos etiã rele psos canonice puniet, nisi se purgauerint, z renuẽtes iurare vt he retici iudicant. h. d. ¶ Not. primo formã pcedẽdi, vbi fama est ali quos hereticos esse in dio. q2 eps dz cõstituere vnum, qui hoc inq rat, z qui exigat iuramentum vicinorum de eis indicandis, z eos ad indicandum compellendum. ¶ Secundo no. quod eo qd quis occultas facit conuenticulas, suspectus est de heresi: z eo qd non se quitur aliorum mores. ¶ Tertio no. qd infamatis de heresi indi cit purgatio: in qua si deficiãt, puniunt vt heretici. ¶ Opp. qd isti deficientes in purgatiõe nõ debeãt incontinenti puniri, sed seruan da sit forma. §. qui autem. §. eo. Solu. vt ibi no. ¶ Quero an de cri mine heresis quis cõuincatur per duos testes: Quidam quod nõ: sed requirunt ad minus tres, per istum tex. quasi sit absurdum ad dicta duorum testium quem de tam graui crimine puniendo dam nari, maxime cum truncetur facultas defensionis contra testes: cũ nomine ipsorum in hoc crimine non dentur: vt. c. fi. §. e. ti. Sed cõ munis opi. est quod per duos cõuincitur testes: z hic loquitur de inquisitorib9: z requiruntur tres, vel tota vicinia, vt facilius inue niantur: non quod omnes debeant denuntiare, nec tota vicinia, sz vnus de vicinia. ¶ Quero de exemplo, quando a communi cõuer satione sint dissidentes: Dic quod sunt laici nõ pfessi, z portãt ha bitum regularem: vel qui non visitant ecclesias, nec audiunt verbũ Dei: non colũt dominicã, forte colẽtes sabbatũ sine lumine, etiam clarescente die nõ comedunt, panis esum abhorrẽt die dominico,

43 nocte vigilant, z similia. ¶ Gl. sunt literales. ¶ † Venio ad versi. si qui vero. Nota quod nolens prestare iuramentum ad se purgan dum de heresi, est hereticus. ¶ Quid de religiosis, q nolũt dare ex honestate. Dic quod hi nõ sunt heretici: vt in. c. nuper. de testi. zc. z si Christus. de iureiur. Secus si ex quadam pertinacia, q2 asserit peccatum iurare, etiam in casu licito: nam tũc talis est hereticus. Ita hic, vt patet ibi obstinatiõe zc. q2 tales non obstinatione nõ re sistunt. Et dicit Hosti. qd est leue argumentum ad hereticos con uincendos: vt. l. secunda. C. de hereti. ¶ Capio gl. super verbo iu rare est literalis, z prosequitur generalia: vide ipsam per te. ¶ Ve

44 nio ad versic. Volumus. † Episcopus negligens in heresi prose quenda, a dignitate episcopali est deponendus, z alius idoneus in locum eius subrogandus. hoc dicit. ¶ Not. casum in quo episco pus negligens deponitur. ¶ No. qd per indicia probatur crimen.

¶ Quero

45 ¶ † Quero an debeat ad hoc inuigilare, licet sint dati inqsitores? 46 Dic q sic. j. c. per hoc. lib. vj. ¶ † Quero an deponantur episcopi ab inferioribus a papa? Dic q non: vnde nõ procedunt in hoc inquisitores contra episcopos. j. eo. titu. inquisitores. libro sexto. Et ideo solus papa posset episcopum, etiam isto casu deponere. Ad hoc. iij. questio. vij. accusatus. & capi. sequenti. Et ita debet intelligi iste textus.

1 ☞ Predicare non debent laici cuiuscunq professionis.
2 Negatiua preposita signo vniuersali equipollet suo contradictorio.
3 Peccata quandoq sub specie virtutis committuntur.
4 Laicus a quibus spiritualibus repellatur.

1 2 **Sicut.** † Laici cuiuscunq professionis predicare non debent. h. d. ¶ † No. j. q negatio pposita signo vniuersali equipollet suo contradictorio. 3 ¶ † Nota. ij. q qñq vitia sub specie virtutis committuntur. ¶ No. iij. quod laici sunt interdicti ab officio predicandi, & edictum predicandi est permissorium certorum casuum: vnde omnis repellitur, qui non reperitur specifice admissus. ¶ Gloss. sunt 4 literales. ¶ † Quero a quibus spiritualibus repellatur laicus. Dic a predicando, vt hic: a recipiendis decimis. xvj. q5. vlti. decimas. A recipiendis oblationibus. x. q. j. q. & c. sanctorum. A recipienda resignatione beneficij clerici. de renunt. quod in dubijs. A cognitione causarum ecclesiasticarum. de iudi. capitulo. ij. et. iij. A recipiendo compromisso de re spirituali. de arbi. contingit. A potestate eligendi. de elect. sacrosancta. & c. Messana. A danda inuestitura. xvj. q. vlti. si quis deinceps. Sustinetur tamen de gratia in iure patronatus. de iure patr. quoniam. & vt partes suas interponant electioni tractande. eo. tit. nobis. Et de his vide in dicta decre. contingit.

1 ☞ Diuersitas nominum rem in substantia non diuersificat.
2 Fine habito non curatur de via, qua ad finem peruenitur.
3 Clericus hereticus non potest puniri per iudicem secularem, antequam degradetur.
4 Heretici reuersi in heresim, & penitentis ante condemnationẽ pena est, vt in perpetuum carcerem damnetur. 6.
5 De heresi non potest damnare aliquem iudex secularis.
7 Accusator in heresi an desinens ab accusatione possit euitare penam talionis.
8 Hereticos credentes esse bonos non puniuntur vt heretici.
9 Degradati clerici, vel alij heretici, si tradãtur iudici seculari, qua pena puniantur.
10 In heresi deprehensi, vel condẽnati, an possint redire.

26 Ain. ¶ Due sunt glo. huius partis. † Prima glo. q̄ est super verbo, consilium. opp. ꝙ non sit irregularitas: alias nullus homicida vt .j. c. ex literis. Dicit quod si volūtate homicidiū cōmittitur, vel facto, vel ꝓcepto, vel cōsilio, vel lingua, vel hortatiōe, talis est irregularis, ⁊ ꝑpetuo deponend⁹: vt hic, ⁊ .50. di. si quis viduā. Et hoc verum, siue occidatur Christianus, siue etiam Paganus, vel Sa-27 racenus. 50. di. si quis clericū. ⁊ c. de his. cū simi. † Nec cum tali dispensatur, etiam si sit occultus, vt possit in ordine suo ministrare. s. de tempo. ordi. c. si. ⁊ iuxta illud, Non edificabis mihi templum, q̄ vir sanguinis, ⁊c. j. q. vij. si quis omnē. Dicit tñ Host. ꝙ lz difficulter dispenset, pōt tñ papa dispensare: q̄ lex diuina hoc sibi permittit. alle. not. de conces. preb. proposuit. Nō ob. s. c. j. ⁊ si. q̄ loquūtur de rigore. Alleg. Numeri. xxv. vbi duplici homicidio per nepotem Aaron cōmisso mandauit dñs. Numeri. xxv. Ecce do ei pacem federis mei, ⁊ erit tam ipsi, ꝙ semini eius paratum sacerdotiū sempiternum. Idem dicit in papa. De materia in Spec. de leg. in tracta. dispen. §. iuxta propositionū. ad fin. in §. nunc breuiter. ver.
28 v. ¶ † Scdo dt glo. ꝙ homicidiū qñ cōmittit casu, ⁊ occidens dabat operam rei licite, non tenet. j. e. ex literis alias nullus nisi esset scandalum graue, vel tāta laboraret infamia, ꝙ purgatio esset indicenda. j. eo. ex literis. Et hoc verū, qñ adhibuit diligentiā, ꝙ potuit. Alias negligens censetur, ⁊ propter culpaʒ tenetur, ita ꝙ ad ordines superiores nō ꝓmouet. nec vtit iam susceptis. j. c. proximo. nisi p papā dispenset. 50. di. clerico. j. c. tua nos. Si vero dabat operam rei illicite, siue adhibuerit diligentiam suam, siue non, semper tenetur. 50. dist. clerico. ¶ Tertius articulus est, quando committitur homicidium necessitate, ⁊ sic defensione: ⁊ tūc si necessitas est euitabilis, ei imputatur, ita ꝙ ad superiores ordines nō potest ꝓmoueri, sed in susceptis de misericordia toleratur. 50. dist. de his. Hoc placet Host. dt tamen aliquos dicere ꝙ hoc casu hʒ post penitentiam exercitium susceptorum, sed ad superiores non ascēdit, nisi dispensatiue. Et hoc tenent Inn. ⁊ Gofr. Si fuit ineuitabilis, sine omni dispēsatione potest in ordine habito ministrare. 50. distin. qd in te. Dat exemplum, quando dicatur ineuitabilis necessitas: puta si clericus habet gladium ad defensionē, Paganus irruit in eum, ⁊ sic clericus nullo modo potuit euitare, ⁊ sic Pagan⁹ mortuus est cum gladio, quem clericus tenebat in manu preter propositū ipsius clerici: arg. j. c. lator. quo casu pōt intelligi. s. c. ij. Ad superiores tñ non ascendet sine dispensatione, ſm Joannem. Hug. dixit contrariū. j. c. lator. sed c. lator. de dispensatione loquit. Host. tenet ꝙ in nullo imputetur tale homicidium: ⁊ dt curiam sic tenere: ⁊ hoc tene, vt hodie habetur in cle. si furiosus. de homici.
29 ¶ † Vltima gl. querit qualis penitentia imponetur, an quinquennij, an septennij. Dicit gl. ꝙ quinquennij, tanꝙ sit benignior ⁊c. Anto. de Butrio.

1 ☞ De homicidio tenetur, et a sacerdotio deponitur, qui percutiens causa discipline modum excedit, ⁊ inde mors sequitur.
2 Castigatio non debet excedere modum.
3 Mortuus quis presumitur ex vulnere, seu percussione, vbi mors est inde post paucos dies secuta. ⁊.
4 Irregularis quis homicida censeatur.
5 Castigatio leuis est permissa magistro.
6 De homicidio quomodo teneatur castigans.

1 PResbyterum. † A sacerdotio deponitur percutiens causa discipline, si modum excedat, ⁊ mors inde sequatur. l. d.
2 ¶ † Not. j. ꝙ licita est castigatio magistri, dum tñ modum non excedat. ¶ Scdo not. penam presbyteri, qui castigando
3 modum excessit, vbi mors est secuta. ¶ † Tertio nota ꝙ vbi mors est secuta post paucos dies post verbera, presumitur quod ex percussione mortuus sit, si alia non appareat causa. ¶ Quarto nota ꝙ alia est pena remotionis ab altari, ⁊ alia depositionis ab officio. ¶ Quinto not. ꝙ dans causam morti, siue de proximo, siue de remoto, tenetur de homicidio. Ex quo patet quod omnis causa at-
4 tribuitur causato, siue sit de proximo, siue de remoto. ¶ † Quero quis homicida reputetur irregularis. Dicit ꝙ voluntarius, vel casualis, culpa precedente: ⁊ est deponend⁹, vt hic, ⁊ .s. c. j. ⁊ .j. c. suscepimus. Quod est verū de homicidio post baptismum commisso. Secus de cōmisso añ baptismū, siue ex officio, siue ex voluntate q̄ in baptismo delet peccatū. ⁊ oīs sequela peccati. xxvi. di. deinde. vbi de hoc. Aliqui tñ contra, ſm Inn. de quo dic vt de diuor. gaudemus. ⁊ in Spe. tit. si. §. iusta. ver. pe. ⁊ per Host. in Summa, cod. tit. §. qua pena. ver. si lingua. ⁊ ver. si oportet. ⁊ seq. ⁊ in .d. §. ⁊ versi. Hostien. sequitur opinio. hic positam: ꝙꝙ alii faciant differentiā an irregularitas sit sequela peccati: q̄ tunc tollatur. secʒ qñ iniuste homicidium est perpetratum: an non sit sequela peccati, sicut est quando iudex iuste aliquem mādat occidi: q̄ primo casu tollatur,
5 secundo casu non. ¶ † Glos. prima oppo. ꝙ castigatio sit permissa magistro. ff. ad. l. Aqui. l. preceptoris. So. Leuis est permissa, non
6 que modum excedat, vt hic. ¶ † Secundo opp. ꝙ castigans nō puniatur velut homicida. xv. q. j. si quis non iratus. Sol. Quo ad legem gratie ⁊ penitentie non punitur velut homicida dolosus, q̄ hoc dolose non fecit: sed ꝙtum ad legem promotionis, que nō inspicit animum, sed factum sic: vt hic. ¶ Gl. si. colligit quod qui occasionem, ⁊c. ⁊ allegat iura. ¶ Op. ff. si quadru. pau. fe. di. l. si. Sol.
7 Dic ꝙ ibi loquit in animali, qd cōtra naturā mouetur. ¶ † Quid si percussus a magistro recidiuauit, an tenetur magister: Dicit glo. ꝙ sic: q̄ semper causa subfuit, de pe. dist. ij. si quis semel. Hoc verū ſm doc. in dubio: sed si recidiuatio fuerit ex alia cā, puta ex corruptis humorib⁹, in nullo tenet magister. de quo .j. e. c. ad audictiā. ⁊c. Anto. de Butrio.

1 ☞ Homicidium casuale imputatur ei, qui dat operam rei illicite. 5.
2 Irregularitatem causat homicidium casuale factum culpa precedente. nu. 5.
3 De casu fortuito quis tenetur, vbi culpa non est omnino ordinata a casu, quo ad penam irregularitatis.
4 Irregularis non potest ad superiores ascendere, nec in susceptis ministrare, preter licentiam pape. nu. 6.
6 An videatur esse in culpa clericus faciens ludum laici, vt si homicidium subsequatur ex ludo, teneatur de homicidio.

1 COntinebatur. † Homicidium casuale imputatur ei, q dat operam rei illicite, si nō adhibuit diligentiā, ꝙ debuit. hoc dicit. Communis diuisio. Scda ibi: ideoq̄. ¶ Nota primo quod alleuiatio est oneris ludus, ⁊ sic ludere releuat laborem.
2 ¶ † Scdo nota ꝙ homicidium casuale inducit irregularitatem, si fiat culpa precedente. ¶ Tertio no. quod in culpa est clericus fa-
3 ciens ludum laici: ideo tenet de homicidio subsecuto. ¶ † Quarto nota quod si omnino culpa non est ordinata a casu quo ad penam
4 irregularitatis, quis tenetur de casu. ¶ † Nota quod irregularis non potest ad superiores ascendere, nec in susceptis ministrare, preter licentiā pape: ⁊ ꝙ papa super irregularitate ex homicidio cau-
5 sata potest dispensare. ¶ † Opp. gl. prima quod ex casuali homicidio non oriatur irregularitas. s. c. proximo. Sol. Hic precessit culpa in clericis ludum agendo eis non licitum. ff. ad legem Aquil. l. nam ludus. Hostiē. dt ꝙ ludus congruebat clericis eo modo, quo vtebantur ipsi clerici: sed ludi cōsuetudo fuit illa, que fecit eos esse in culpa. Item dicit glo. sequens ꝙ etiam fuit in culpa quod ludū miscuit cum laico. ij. q. vij. laicos. cum simi. ⁊ q̄ ludus erat periculosus: ideo non debebat esse impunitus. ff. de fur. l. in furti. §. cum eo.
6 ¶ † Glo. finalis opponit de. c. j. proximo, vbi libere promouetur. Soluit gl. ꝙ hic dabat operam rei illicite, ludendo cum laico: vel non adhibuit diligentiam, quam debuit: q̄ cum sciret ludi conditionem, debuit a se falcem remouere: ⁊ ideo sine licentia pape nō debuit ad ordines promoueri, q̄ fuit in culpa non remouendo a se falcem, vt posset equitare sine periculo, videlicet in non amouēdo

falcem. In contrario ludebat ludo licite, ⁊ de cultello non sperabatur aliquod mortale: ⁊ ille potius se ingessit proiiciendo alium ad tergum: ⁊ sic non fuit in culpa. Jo. intelligit sequens. c. de dispensatione: vel fuit in culpa cooperiendo falcem, vel in non prohibendo, vt dictum est, ne aliquis equitaret: quod forte etiam non sufficeret: quia cogitare debebat hoc euenire posse: et sic aliqualis culpa potest imputari huic diacono. Et per hoc non obstat capitulo nec is. xv. questio. prima. quia debet intelligi in eo, qui dabat operam rei illicite, vel in eo, qui non fuit in aliqua culpa, ⁊c.
Antonius de Butrio.

1. ☞ Homicidium casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa. §.
2. Impedimenti alterius remotio non sequitur ad remotionem vnius.
3. Dictio, libere, quid importet.
4. Ludus lucte an sit licitus clerico cum laico.

Lator. † Homicidium casuale non imputatur ei qui non fuit in culpa. h. d. Primo narrat factum. Secundo prouidet. ibi: ideoque ille clericus cum quo ludebat. Istum P. clericum. In alterum scilicet, clericum proiicientem. Cuius, scilicet P. clerici occubuit is clericus, cum quo ludebat iusta causa. ¶ † Nota quod ad remotionem vnius impedimenti, non sequitur alterius remotio, altera iusta causati. Libere. ¶ † Nota de significato verbi, libere, quod excludit omnem contradictionem. ¶ † Glo. prima colligit q ludus ad brachia, etiam cum clerico, licitus est: nec secundum Doc. huic clerico potest aliquid imputari, si cultellum non amouit: quia deferre cultellum magis est consuetum, quam deferre falcem. Uel etiam iste ludus non fiebat ex proposito. Item forte ludebant ad scacbos, vel alium ludum similem. Item potest dici, secundum Abb. quod hic cultellus erat in vagina. ¶ Secundo querit quare hic non est irregularis. Dicit gl. q nihil actiue egit, sed solum passus est: vnde non potest ascribi aliquid ipsi proiecto. Et intelligunt doctores quod hic ludus non fiebat ex deliberatione: alias potuisset imputari isti quare cultellum a se non remouit, secundum Host. Uel secundum Innoc. forte ad scacbos ludebat, vel ludum similem, et cultellus erat in vagina, secundum Abbatem. ¶ † Ultima glossa querit an hic possit de iure promoueri, an hic exigatur dispensatio. Ponit duas opiniones. Una, quod de iure communi possit. Alia quod ex dispensatione, ⁊ libere, id est, cum dispensatione. allega. c. proximum. Primam tenet Host. per verbum libere: quia libere non potest dici fieri id, in quo exigitur dispensatio. Ad hoc de preb. licet. ij. lib. vi. vbi de hoc verbo libere: ⁊ propter id, quod dicit, si est, ita, ⁊ alia causa ⁊c. Non habentur hic alia.
Antonius de Butrio.

1. ☞ Homicidium subsecutum ex illicita opera alicuius causat irregularitatem.
2. Cognosci id dicitur, quod oculorum inspectione cognoscitur.
3. Furem, seu latronem, nocturnum capere licet, ⁊ ligare, donec hoc ad notitiam aliorum deducatur. 7.
4. Homicidium non licet committere ad rerum defensionem. 6.
5. Ad defensionem rerum suarum non licet interficere. 6. 7.
Animalia reperta in terra propria non licet interficere.
7. Capiens delinquentem, qui propter ligaturam moritur, an teneatur de occiso.

Susceptimus. † Is, ex cuius illicita opera homicidium est subsecutum, est irregularis. hoc dicit. Communis est diuisio. Secunda ibi: verum. Cognouimus. † Nota. Ibi: q id dicitur cognosci, quod cognoscitur oculorum inspectione. ¶ Ibi: vsque ad notitiam. † Nota quod licitum est capere latronem de nocte intrantem, ⁊ ligare, donec hoc ad aliorum deducatur notitiam. ¶ Ibi: palliu. † Nota argumentum quod ad defensionem rerum non est licitum clerico committere homicidium: ⁊ si committat, incurrit irregularitatem. Et nota q causa remota in dubio attendi debet, non proxima. ¶ Ibi: Peccatum suum. † Nota ergo quod incurrit peccatum propter defensionem rerum alium interficiens. ¶ Ibi: ad arbitrium. Nota quod penitentie hodie sunt arbitrarie. ¶ Ibi: ope. † Nota quod non interficiens, sed etiam ligans interfectum, incurrit irregularitatem: ⁊ facit pro vulgari. Tanto val chi ten, quanto chi scortiga. Dic sic, quandoque clericus facit aliquid ad defensionem persone, ⁊ rerum, quandoque ad defensionem persone tantum, quandoque ad defensionem rerum tantum. ¶ Primo casu, si defensio est necessaria, ⁊ ineuitabilis, non incurrit irregularitatem, si ex tali facto sequatur homicidium, iuxta nota. s. c. ij. ⁊ in clemen. si furiosus. eodem titulo. Si est necessaria tamen euitabilis, incurrit irregularitatem: vt hic: ⁊ sentit hic in principio. ad hoc. s. eo. c. sicut. multo fortius incurrit irregularitatem, nulla subsistente necessitate: iuxta no. in d. c. sicut dignum. ¶ Secundo casu dic idem quod. s. proximo membro. ¶ Tertio casu, qui pro defensione rerum tantum, dic quod si idem perpetrauit homicidium sine dubio incurrit irregularitatem: vt hic: in principio. ad hoc. s. eo. c. ij. Si autem alius, tamen aliquo facto ipsius precedente: Dic q si erat euitabilis, etiam quo ad saluandas res, incurrit irregularitatem: vt hic, ⁊ hoc sentit glo. Si autem non erat euitabilis: ⁊ tunc aut modum excessit, vel diligentiam non adhibuit, quam debuit, ⁊ incurrit irregularitatem: vt hic, quia secundum doctores, hic modum excessit, cum suas res aliter saluas habere posset. Item debitam diligentiam non adhibuit, quia dimisit latrones sub custodia vnius tantum, vel ipsos non ligauit bene, vt debuit. Si vero adhibuit omnem diligentiam, quam debuit, vel modum non excessit, tunc homicidium superueniens non imputatur ei, nec redditur irregularis. Ad hec iura in glo. alleg. Et predicta intellige, nisi factum, quod mandaret clericus, esset tale, ex quo verisimiliter posset mors sequi: quia tunc indistincte incurreret irregularitatem, non attenta aliqua ipsius protestatione: vt. c. is, qui. de homi. lib. vi. ¶ † Gloss. prima opponit quod licitum fuerit, vt se defenderet, occidere: ⁊ sic occidens non incurreret irregularitatem. s. c. ij. Solutio. Hec decre. multipliciter intelligitur. Uno modo q licitum est occidere se defendendo, dummodo modus non excedatur. Hic autem excessit modum ligando, ⁊ detinendo, cum posset aliter res suas facere: et ex hoc homicidium subsecutum est: ideo sibi imputatur. Concludes, quod licet sit licita captura ad recuperandas res, non tamen licitum est ligare, ⁊ detinere. ¶ Uel secundo ad defensionem persone, vel rerum ⁊ persone simul, licita est occisio, nec per hoc quis incurrit irregularitatem. s. c. ij. sed ad defensionem rerum tantum non. xxiij. q. viij. c. j. ⁊ c. conuenior. xxxvi. dist. si quis vult. Hec vera in clerico: laicus vero licite etiam propter defensionem rerum, ⁊ patrie potest arma assumere, ⁊ preuenire hostem. C. vnde vi. l. j. Clerico autem non licet, etiam contra Saracenum, ⁊ multo minus contra spoliatorem. s. de voto. c. ex multa. Non obstat. j. eo. c. dilecto. libro. vi. quia si liceat clerico inuocare brachium seculare ad defensionem rerum, non tamen licet propria persona pugnare: vt ibi, ⁊. j. eodem capitu. postulasti. Ad hoc quod not. j. eo. petitio. de voto. ex multa. ⁊ in dicta decre. dilecto. secundum Host. ¶ Tertia solutio, vbi se defendens aliter euadere potest non occidendo sibi ascribitur ad homicidium, ⁊ incurrit irregularitatem. Sic loquitur hic: quia hic poterat fugere, ⁊ aliter euadere. Dat exemplum in Christo, qui fugit ab Herode in Egyptum, ne traderetur. Ubi autem aliter non potest euadere, secus est. ¶ Quarta solutio q hic hoc ascribitur, qui fuerunt in culpa, nimis bene ligando. ¶ Quinta solutio, q in culpa fuerunt, duos dimittendo ad custodiam vnius: quia debuerunt cogitare hoc euenire posse. j. eodem is, qui. libro. vi. ¶ Opp. q licitum sit occidere nocturnos latrones. j. eod. si perfodiens. Solu. Dicit glo. q non est verum. ff. ad legem Corne. de sica. l. furem. Alie glos. sunt literales, ⁊c.

1. ☞ Homicidio dans causam, tenetur de occiso.
2. Testis deponens per verbum, videtur respondet de iure.
3. Causam quando quis dicatur dedisse delicto.
4. Occasionem quando quis dicatur dedisse.

De cetero. Breue est, non summat. ¶ Ibi: noueris. Nota q per hec verba respondetur de iure. ¶ Ibi: causam. † Nota q non solum principaliter occidens incurrit irregularitatem sed etiam dans causam homicidio. ¶ Ibi: non videtur. † Nota quod per hec verba non videtur respondere de iure. Et sic hec equipollent. Non videtur, vel non est. Quod nota pro teste qui dicit, sunt decem anni, vt mihi videtur. Uide quod not. in. l. quid tamen. §. j. ff. de arb. ⁊ scripsi. de appel. c. preterea. Aliter tamen ponitur de electio. cum nobis olim. in prin. de sent. excom. per tuas. Ibi: promouendus. ⁊ sic est irregularis. Per quod dicunt docto. q nec etiam est in subdiaconatus ordine sustinendus. s. eo. c. presbyterum. secundum Abbatem. ¶ † Querit gl. quando dicatur dedisse causam homicidio, ita q incurrat irregularitatem. Dicit glo. scilicet consilio facto, ope, vel precepto. 50. distinc. si quis viduam. s. e. sicut. cum similiter. Idem si suggestione: vt in. c. sicut. §. si vero. ⁊. s. c. proximo. in fi. ¶ † Querit an qui occasionem damni dat, ⁊c. Respondetur, si causa est proxima sic. Si remota, sed fecit animo nocendi, vel fuit in aliquali culpa, idem. C. ad legem Juliam de sica. l. si quis necandi. vel non fuit in culpa, non tenet. ff. loca. l. si quis domum. de hoc. s. de test. capi. sicut. ⁊c.

1. ☞ Homicidium casuale imputatur ei, qui dat operam rei illicite

sed

sed non adhibuit diligentiam, quam debuit.

2 Ex vulnere licet conualescat quis, nihilominus mors de propinquo potest ascribi probabiliter vulneri.

3 Mors secuta post vulnus illatum non ascribitur vulneranti, vbi ex alia causa superuenit.

4 An consulens homicidium indirecte, dicatur irregularis.

5 Consulens ꝙ castrum furetur, aut cōditionaliter capiatur, an sit irregularis.

6 De homicidio, non tenetur, qui cōsulit vt maleficus capiatur, vbi maleficus preter suam conscientiam occiditur.

7 Homicidiū fieri consulens leso, quod non statim fit, sed longo tēpore post consilium, est irregularis.

8 Mandans alicui quod inimicum suum interficiat, an teneatur de occiso.

9 Homicide iuranti motus non fuit consilio, an credatur.
Confessioni accusati an credatur quo ad exonerationem consulentis, vel consocii.

10 Consulens alicui vt se in aquam proijciat, vel de monte precipitet, an sit irregularis.

11 Consulens alicui vt alium occidat, & is, qui occidi debebat, interfecit aggredientem, an sit irregularis consulens.

12 Suadens alicui vt pro patria sua, vel iure suo defendendo sumat arma, & se periculo exponat, si in illo cōflictu moriatur aliquis, an sit irregularis.

13 Insultus si fiat subito contra hospitium episcopi, & idem episcopus timens de morte sua & suorum dicit, assumatis arma & defendatis vos, & nos, familia fecit hoc, & multa homicidia hinc inde fuerunt commissa, an sit irregularis episcopus.

14 Irregularis est is, qui accusat aliquem, qui ad mortem fuit condemnatus ex tali accusatione.

15 Quadrupes animal si pauperiem inferat, an tenēs illud teneatur de pauperie, vel an irregularitatem incurrat.

1 **AD audientiam.** † Homicidium casuale imputatur ei, q dabat operam rei licite, sed non adhibuit diligentiam, ꝙ debuit. h. d. Communis diuisio. Secunda ibi: qui vero. ¶ Ibi: de familia. Nota ꝙ licitum est corrigere quemlibet de familia, etiam presbytero patrifamilias. ¶ Ibi: dubium haberetur.
2 † Nota quod licet quis conualescat ex vulnere nihilominus mors de propinquo potest ascribi probabiliter vulneri. ¶ Ibi: tutiorē. Nota literam allegabilem quod in dubio tutior via est eligenda. ¶ Ibi: concedere poteris. dispensatiue vt puto. Alia infirmitate.
3 † Nota quod vbi ex alia causa post vulnus illatum mors sequitur mors nō ascribitur vulneranti: & sic causa supueniēs habilis ex se ad quid inducendum, confundit vices prime, de qua erat dubium an ad hoc potens existere. ¶ Oppo. quod non possit ministrare, ex quo vulnerauit, & secutum est homicidium. s. eodem. Suscepimus. Solu. Contrarium procedit quando constat quod ope, facto vel consilio est homicidium secutum: hic autem hoc constabat.
4 ¶ † Quero an non consulens directe homicidium, sed indirecte, vt quia suasit iactum machine, vel balliste, an sit irregularis: Dicit Ioan. And. Innocen. dicere quod sic. Idem si suasit insultum ad castrum, & inde aliquis moriatur. Ratio, q dedit causam propinquam, & verisimilem homicidio. Iactus enim machine, vel balliste: vel castri expugnatio facile fieri non consueuit sine homicidio ex quo in homines iacitur: imo illud est valde huic affine. Ad hoc. s. eod. de cetero. & c. continebatur. §. i. secundum Innocent. Idem Hostien. q hoc officium non est clerici, vel sacerdotis, vel volētis in presbyterum promoueri. s. eodem suscepimus. §. fina. de postu.
5 c. fina. in princ. saluo quod dicetur. j. ¶ † Secundo quero quid si consulat quod castrum furetur, vel furtiue subtrahatur, vel conditionaliter capiatur. Dic quod licet occasionaliter homicidiū subsequatur, per hoc non erit consulens irregularis, nisi esset verisimile quod hoc fieri non posset sine morte hominis, secundū quosdam. Alij, & melius, secundum Innocentium dicunt quod cū illicitum opus cōsulat, quod erit irregularis etiam, si casu sequatur mors: vt in predictis iuribus. Idem si mandat aliquem verberari, vel satis credibile est quod verberatus se defendat. s. c. ij. & quia ex plagis verberum posset mori. j. eo. Petrus. expressum. j. eodem
6 titu. is, qui libro. vj. ¶ † Tertio quero quid si consulatur quod maleficus capiatur, vel alias det consilium operi licito. Dic quod nō erit irregularis consulens, si preter conscientiam suam maleficus etiam occidatur: argu. j. eo. c. fina. Secus si directe in mortem alicuius consilium det: tunc semper irregularis, est morte inde secuta. s. ne cleri. vel mona. sententiam. Idem si de voluntate sua processit: puta parentes clerici verberati conueniunt, & dicunt quod volunt hoc vindicare, nec clericus contradicit expresse: secundum Innocen. s. de simo. Mattheus. Secus si expresse prohibeat. s. de simo. sicut nobis. §. j. & est expressum. j. eod. Petrus dummodo ex corde hoc faciat. Alioquin in conspectu Dei cadit, cum tacite consentiat homicidio: & sic lex promotionis non semper in facto consistit, sed facto, & animo. patet. xviij. q. ō. j. c. fina. & questio. vj. ante fin.
7 ¶ † Quarto quero quid si alicui leso, vel alicui, cuius interest, consulatur homicidium fieri. ille non tamen statim, sed post, longo tēpore interposito, perpetrat homicidium: Dic quod consulens irregularis est, nisi ante consilium datum reuocauerit, & nisi illi, qui occidi debebat, denuntiauerit quod sibi caueat. Veruntamen ad hanc denuntiationem faciendam non tenetur, si probabiliter credat consiliarius quod is, cui homicidium cōsulit, acquiescat reuocationi, secundum Innocentium. Quod est verum, si homicida ex illo motus fuit. s. eodem. sicut dignum. §. qui vero. & §. fin. & c. proximo. s. eodem. Alias non erit consulens irregularis. s. de re iudicata. cum I. & A. Et hec vera, maxime si suasit intra certum tempus illum occidi debere, & lapsum erat tempus: argu. de sponsa. de
8 illis. & c. sicut. §. j. libro. vj. ¶ † Quinto quero quid si mandaui alicui quod inimicum meum interficiat, & postea reuoco, ipsum tamen occidit. Videtur ꝙ irregularis nō sit mandans: quinimo nō solum sufficit expressa, imo & tacita reuocatio: puta is, cui mandaui, scit quod mihi reconciliatus est, quia parentelam mecum contraxit. ff. de adimen. legat. l. iiij. §. fina. & l. sequenti. Ratio diuersitatis inter hunc casum, & superiorem est: quia ex quo mando causa mei, verisimile est: mandatarium acquiescere reuocationi. Secus si consulo causa alterius: quia magis consueuerunt homines se diligere, quam alios, secundum Innocentium Host. dicit quod si ex illo mandato, quāuis reuocato, secutum est homicidium, tunc est irregularis: quia vere hec probatio difficilis est: talia non sine periculo suggeruntur. Nam & in dubio tutius est abstinere. s. c. pro-
9 ximo. ¶ † Sexto quero quid si homicida iuratus, & interrogatus dicat ꝙ in nullo motus fuit propter consilium, vel preceptū: Dic quod si hoc famosum sit, vel inde subsit scandalum, non est ei soli credendum. j. c. ij. §. finali. Si occultum sit, sequitur consulens conscientiam suam. j. c. exhibita. §. j. j. c. petitio. §. si. vt tamen vt in du-
10 bio abstineat, tutius est. ¶ † Septimo quero quid si aliquis consulat alicui vt se proijciat in aquam, vel de monte se precipitet. Dic ꝙ suggerens est irregularis: vt patet ex premissis. & 50. distinct. si quis viduam. secundum Innocentium in alijs iuribus allegatis
11 in principio. ¶ † Octauo quero quid si consulat alicui vt aliū occidat, & ille qui debebat occidi, occidat illum aggredientem. Quidā dicunt quod consulens est irregularis, quia dedit consilium rei illicite: ideo tenetur de omni secuto, etiam si casu contigerit. s. eodē suscepimus. & c. continebatur. maxime q non plene examinauit cōsilium: debuit enim apud se considerare hoc euenire posse. 50. dist. qui arborem. & capit. sequenti. Alij contra, quia nec actu, nec ope, homicidium commisit. s. eod. in principio: nisi hoc fecisset in fraudem, vt is occideretur, cui consulebatur. argumen. dicti capit. qui arborem. & capitu. sepe. & j. capitu. significasti. Non obstat ꝙ malū fuit, & magne negligentie, quia non fuit ad mortem, & bene debuit sibi cauere: cui hoc consulebatur, quod captaret locum, & tempus vbi sine periculo hoc facere posset. Nam si incitaret aliquem ad occidendum aliquem, vbi esset periculum, bene esset consulens irregularis, etiam si ille ab aduersario occideretur. Nec obstat, si dicas quod istud non fuit bonum consilium, vt ex euentu apparet: q non debuit transgredi fines mandati. ff. mandati. l. diligenter. Et ideo si bene sibi non cauit, non videtur hoc consilio suo fecisse, nec irregularis est, secundum Innocentium. Ioan. Andr. in capi. is, qui. eodem titulo libro sexto, contra, quicquid hic dicant Innocē. et Host. primo nedum in consulente homicidium, sed aggressionē si ex illa sequatur homicidium, vel truncatio membri, per dictum capitu. is, qui. & per rationes ibi positas, erit irregularis: euidentiores enim sunt rationes in isto tali consulente, vel mandante,
12 quam in casu dicti capitu. is, qui. ¶ † Nono quero quid si aliquis suadeat alicui vt pro patria sua, vel iure suo defendendo, vel proximo, sumat arma, et se exponat periculo, et in illo conflictu aliquis moriatur, an consulens sit irregularis: Dic quod non, etiam si ibi moriatur ille, cui hoc consulitur: argumen. xxiij. questione tertia. pro membris. et capitulo, si quem. et questione. viij. hor-
13 tare. & capitulo precedenti, secundum Innocentium. ¶ † Decimo quero quid si subito fiat insultus contra hospitium episcopi alicuius in ciuitate, idem episcopus qui interest, et de morte sua, et suorum timet, et dicat, Assumatis ballistas, et arma, et defendatis nos, et vos. Familia hoc fecit, multa homicidia hincinde committuntur. Dicit Hostien. si timebat de persona sua, vel suorum, licite fecit: vt in predictis iuribus, et infra, de senten. excommu. dilectus. §. & quidem. lib. vj. s. eodem. c. ij. §. finali. & hoc est insultantium duritie imputandum. j. eodem. postulasti. Si vero de rebus tantum timebat potius debuit ipsas exponere. s. eodem. suscepimus. §. fina. Tutius tamen est quod de balli-

stis non faciat mentionem expressam, per no. de sagitta. c. vnico. quia multa licent in genere, &c. infra, eodem postulasti. §. primo. de iure patronatus. c. ex literis. Adde quod nota. supra, ne cle. vel mona. c. sententiā. Caueat etiam quilibet clericus, ne in ꝓpria persona ad conflictum vadat: alioquin si hoc fecerit, & alios percusserit, & appareat aliquos interfectos, de quibus ipsum remordeat conscientia, abstineat reuerenter. j. eodem. petitio. ¶ Nota etiam quod in omnibus consilium est quod suadens, vel consulens aperte exprimat quod omnino abstineant ab homicidijs: argu. j. eod. Petrus. & c. significasti. ij. §. ad vltimum. & de hoc nota. ne clerici vel mona. c. sententiam. §. primo. vbi etiam de hoc. ¶ Undecimo quero quid si alicui consulatur quod se indubitanter morti tradat, seu exponat pro honore Christi, pro fide, vel libertate ecclesie: an sit irregularis. Dic quod non, etiam si mors inde sequatur: cū Christus pro nobis mortuus sit, & ei teneamur rependere vicem. Unde & sancti martyres pro Christo sanguinem effuderūt, & alijs verbo, & exemplo, vt effunderent pro Christo, suggesserunt, secun-
14 dum Innocent. ¶ † Duodecimo quero quid si aliquis accusauit aliquem ad mortem, vel in illa causa iudex, vel aduocatus, vel testis fuit, & mors inde secuta fuit, an sit irregularis. Dic quod sic. l. dist. qui in aliquo. 50. dist. c. si quis. ne cleri. vel. mo. sententiam. §. e. de cetero. sm Inn. ¶ Decimotertio quero quid si aliquis accusat ad mortem fratrem alicuius clerici iurisperiti: ipse iurisperitus defendit fratrem, & obtinet ipsum absolui, qui alias forsitan fuisset condemnatus ad mortem: et ideo contingit accusatorem decapitari, quia obligauerat se ad penam talionis: nunquid iurisperi-
15 tus censeatur irregularis. dic vt de postulan. c. primo. ¶ † Decimoquarto quero quid si aliquis tenet vrsum, leonem, vel ceruum, & hic occidit aliquem, nunquid tenens sit irregularis. Quidam qđ sic: quia ei imputetur hoc ipso, quod tale animal tenet. 50. dist. qui arborem. & c. sepe. Alij contra, dummodo malitiā nō adhibeat, vel in lata culpa non sit. Et hoc putat verius. ff. si quadru. pau. feci. dicatur. l. secunda. & l. finali. Et circa hanc materiam dat duas regulas. Prima est, quod in dubio nec magister, nec iudex debet aliquem iudicare irregularem: argu. de peniten. dist. prima. §. penul. ff. de penis. l. interpretatione. & l. si preses. Secunda regula, quod in dubio debet quis se irregularem reputare. s. capitu. proximo. Quamuis ergo hunc ipsum irregularem non iudicem de crimine, si tamen a me petat consilium, in dubio consulam quod debeat se irregularē reputare: vt patet supra, de simonia. Mattheus. vel ad minus vbi non est infamatus, est sue conscientie relinquendus vt nota. j. capi. ij. & capit. petitio. & vide hanc gloss. in Specu. de dispensa. §. iuxta propositionis. versicu. sed quare quando quia occasione homicidij. & sequenti. ¶ Uenio ad gloss. & oppo. quod hic nō sit irregularis. C. de emen. propin. l. j. Solu. Leuis est permissa, vt in contrario: sed si modū excedat, vbi potest asscribi culpa, imputetur, vt hic. ¶ Glos. vltima querit an in minoribus possit de iure ministrare. Dicit quod non. sed dispensatiue sic. s. eodem. continebatur. Dicit hic Ioan. Andre. quod per illam decreta. probatur, solum papam dispensare in sacris, & episcopum in minoribus suo iure dispensare. Simile quod nota. de biga capitulo. ij.
Anto. de Butrio.

1 ☞ Homicidium non imputatur ei, qui dabat operam rei licite, nec fuit in culpa.
2 Equitare incitat appetitum comedendi.
3 Proprio arbitrio quid dicatur factum.
4 Irregularis an dicatur is, qui equitando occidit aliquem.
5 Irregularitatem videtur quis incurrere solo actu.

1 **Electus.** ¶ † Homicidium casuale nō imputatur ei, qui dabat operā rei licite, nec fuit in culpa. hoc dicit. Communis diuisio.
2 Secunda ibi. ideoq;. ¶ Ascendit. † Nota quod equita-
3 re incitat appetitum comedendi. ¶ Ibi proprio arbitrio. † Nota quod id dicitur fieri proprio arbitrio, quod fit incfrenate, et sine ratione naturali. Quod nota pro arbitro, in quē compromittitur, vt faciat suo arbitrio. ¶ Neq; actu. Nota vt quis dicatur irregularis, oportet quod det causam homicidio voluntate, vel actu il-
4 licito. hoc patet in summario. ¶ † Oppo. cum gl. quod hic sit irregularis. j. e. significasti. Solu. Si frenum reputabatur ita forte, ꝙ verisimiliter frangi non credebat, nec ipse equus sic lasciuit, propter imperitiā procedit decre. Alias esset irregularis, vt in cōtrario. Tamen aliqui dicunt quod hic forte nesciebat bene equitare:
5 vel forte erat nimis debilis. tene glo. ¶ † Oppo. quod actus solus non sufficiat ad constituendum quem irregularem. xv. questione prima capi. fina. Solu. Dic quod solus actus non sufficit, nisi adsit culpa, vel voluntas: nisi generet scandalum. Uel dic quod quo ad promouendum solus actus sufficit, etiam sine culpa. Quod dicunt hic verum Doctores, nisi necessitas excuset. supra, eodem capitu. secundo. Uel casus fortuitus. j. capitulo tertio. & capitu. Io. annes. & capitulo, finali. secundum Hostiensem. Dicit Ioan. Andreas, quod non video quo ad irregularitatem prouenientem ex actu, quod differat promotus a promouendis, &c.
Anto. de Butrio.

1 ☞ Scandalum solum, & infamia delicti, etiam non data culpa, facit quem irregularem. nu. 3.
2 Iudex, vel confessor, debet esse diligens ad inquirendum sup circunstantijs delicti.

Ex literis. Summatur vt proxima. Primo consultatio. Secundo pape indagatio. Tertio responsio. Secunda ibi: nos autem.
1 Tertia ibi, ad te. ¶ Ibi: graue scandalum. † Nota qđ solum scandalum, & infamia delicti, etiam non data culpa, facit
2 quem irregularem. ¶ Ibi: quesiuimus. † Nota quod in talib⁹ diligens debet esse iudex, vel confessor, vt de circunstantijs inquirat, etiam si nihil opponatur, de electione cum nobis. de peniten. et remissio capit. omnis. ¶ Ibi: libere. Nota de verbo, libere, quod excludit omne impedimentum: nec exigitur dispensatio, cum in culpa non fuerit. s. eodem. lator. & j. eodem. Petrus. ¶ Omnes glos. sunt literales, excepta vltima, que colligit quod aliud est infamia, aliud scandalum, & quod purgatio indicitur non propter scanda-
3 lum. ¶ † Oppo. de. c. tua. s. de cohabitatio. cleri. & mulie. Solu. Qđ propter scandalum, & propter infamiam indicitur purgatio: & sic ad vtrumq; refertur. Ad hoc. j. de purga. canonica. inter. Hostien. contra quod intelligit hanc literam, quod solum scandalum sufficit, vt si puer erat ex magno genere, infamia demum tunc cum nō purgatur: sed si propter antiquitatem temporis, vel quia pacificatum est, & cessat scandalum. cessabit effectus. Facit quod nota. j. eodem. Petrus. in prima glo. dictum Hostien. procedit in scandalo, quod non potest cessare ex purgatione. dictum glosse. quando purgatio cessare potest. Uide Ioannem Andream hic.
Antonius de Butrio.

1 ☞ De homicidio tenetur is, qui dat operam rei licite, qui congruo tempore non clamat vt existens subtus, aufugeret.

Ex literis. Summatur vt supra. Communis diuisio. Secunda ibi: quo circa. Satis philosophicum est temperamentum. Libere enim hoc potest, ex quo non est in culpa, nec da-
1 bat operam rei illicite, secundum Hostiensem. ¶ † Quid si credit ibi aliquem esse: Dicit glossa quod idem, si clamauit vt aufugeret, & congruo tempore. ff. ad legem Aquiliam. l. si putator.
¶ Oppono quod & extra religionem promoueri possit. Gloss. fatetur, et maxime stat proprie. Nam & idem esset extra, ex quo nihil potest sibi imputari infra, eodem capitulo fina. &c.
Anto. de Butrio.

1 ☞ Equitando si quis dederit damnum, aut homicidium commiserit, quando videatur teneri de damno, vel occiso.
2 De ignorantia dubia alicuius qualiter poterit constare.
3 Iuramento alicuius quando indistincte sit credendum.

1 **Significasti.** Summatur, & diuiditur vt decre. ex literis. ¶ † Quid si est dubium an sciuit vitium, vel non. Dic si equ⁹ erat suus, presumptio est qđ sciret. Si equus non erat suus credere non tenebatur eum vitiosum. ¶ Quid si equitans sauisset equum durum bucca. Dic quod non fuisset absq; culpa, secundum glossam. ff. ad legem Aquiliam. l. idem iuris. j. & debuit intelligere infirmitatem suam alijs periculosam futuram. Institu. ad legem Aquiliam. §. impetu quoq;. Nam leuissima culpa facit hominem irregularem: vt. s. eod. continebatur. Unde dicebat Gofr. quod si fuat instructus, et per iter equitando poterat: hoc prouidere, imputaretur ei. j. e. fina. ¶ Quero qualiter constabit de igno-
2 rantia. † Dicit gloss. ꝙ per iuramentum proprium, quod solum Deum habet vltorem: vt patet. C. de rebus creditis. l. secunda.
3 ¶ † Notat glossa quod vbi queritur de conscientia alicuius, semper statur eius iuramento. & ad hoc allega. decre. que non dicit: sed gloss. ad hoc. de senten. excommu. si vero. Hoc temperat glo. precipue verum, quando is est bone fame. ff. de re mili. l. non omnes. §. a barbaris. de senten. excom. sacro. & dicit quod super hoc potuerūt adiungi compurgatores, propter excellentiam ordinis. allega. de purga. cano. c. ex tuarum. Non putat hoc Hostien. necessariū, nisi laboret infamia. s. c. ij. & infra eodem. c. secundo. ¶ Quero que lenis

nis erit penitentia. Dic quod leuis ad arbitrium superioris. Venialiter enim peccasse videtur, ex quo eqni vitium ignorabat, secundum Vincentium.

1 ¶ Homicida non censetur is, quo prohibente, ⁊ causam non dante homicidium factum est.
2 Inimicitia verisimiliter oritur ex spoliatione rerum.
3 Protestari cautum est de iniuria futura, vbi quis timet vindictam.
4 Homicida quis censetur, vbi quis est causa mortis alterius.
5 Sacrilegij delictum committit percutiens clericum.
6 Rixam incipiens si occidatur, non incurrit irregularitatem occidens.
7 Qualiter poterit constare quod quis fuerit initium rixe.
8 Damnum non censetur quis dare per occasionem, vbi occasio est remota.

1 PEtrus. ¶ † Non censetur homicida is, quo prohibente, ⁊ causam nõ dante, homicidium factum est. Hoc dicit. In prima parte facti narratio. In secunda prouisio. Secunda ibi: quo circa. ¶ Abbas forsan secularis. Sic supra de renuntia. ex transmissa. Ex quo nota quod quandoque dignitas secularis appellatur Abbatia. ¶ Beneficium. Vel forte hic abbas habebat illã ecclesiam
2 subiectam. ¶ Cognati, ⁊ amici. † Nota argumen. quod spoliatione rerum, quibus quis sustentari debet, verisimiliter oritur inimicitia, ⁊ commotio inter consanguineos, ⁊ amicos spoliantis, ⁊ spo-
3 liati. ¶ Expresse. † Nota cautelam, ꝙ vbi causa alicuius iniurie illate clerico clericus timet vindictam, cautum est protestari. ¶ Et no. practicam protestandi. Protestor ne qd fiat tali, ex quo possim incurrere ordinis detrimentum, vel anime periculum: ⁊ iuuat talis protestatio. ¶ Dies aliquos. Nota ꝙ mors, etiã per aliquos dies post vulnus secuta, presumitur ex vulnere illata. ¶ Ascendere. Et sic per hoc nullam contrahit irregularitatem authoritate apostolica. Hoc ad cautelam, ⁊ quia id petierat, habens forte nimis scrupulosam conscientiam: vel de generali loqui-
4 tur authoritate. ¶ Causam, vel occasionem. † Nota argumentũ a contrario quod vbi quis est causa, vel occasio mortis alterius, etiam eo in contrarium expresse protestante, homicida reputatur,
5 etiam quo ad legem promotionis. ¶ Sacrilego. † Nota qđ percutiens clericum committit delictum sacrilegij. ¶ Et sic nota quod coniunctio consanguinitatis non extendit delicti culpam, penam
6 aut defectum in consanguineum. ¶ † Quero, clericus incipit rixam, inde percutitur, aut male tractatur: ex hoc consanguinei indignati propter hoc, aliquem, etiam preter conscientiam suã, occidunt, vel debilitant. Dic ꝙ irregularis est, cũ culpa sua precedat casum. Ad quod. s. c. proximo. ff. si qua. paupe. fecis. dica. l. ij. §. cum arietes. C. ad legem Iuliam de vi public. l. quoniam multa. s. eodem. de cetero. ⁊. c. presbyterum. Caueat ergo clericus, ne sit rixosus, vel litigiosus. xlvi. distinct. per totum. Alias autem si occasio esset remota, vel propinqua, ⁊ iusta, ac preter conscientiam suã ille occideretur, non esset irregularis. xxiij. questione quinta. cum ho-
7 mo. ⁊ capitu. de occidendis. ⁊ nota. s. eodem. de cetero. ¶ † Glossa prima querit qualiter de hoc poterit constare quod hic fuerit veritate subnixa. Dic prout dicitur capitu. proximo. si ex hoc est infamatus, debebit se purgare. ⁊ ideo ad literam hic presertim, expo nit pro tantum. Si autem ex hoc esset in scandalum, dicendum est vt. s. eodem ex literis. Host. dicit hoc probari per testes, ⁊ in defectum etiam per illos, quibus prohibitio facta fuit. de testi. cog. capitu. fina. ⁊ adde quod not. J. capitu. proximo. ¶ Quid si non prohibuisset expresse, tamen non consensisset. Dicit glo. quod videtur quod idem esset. ij. questione prima. quia presulatus. vbi idem casus: quia de voluntate non habet se purgare. In contrarium facit dictum capitulum q: presulatus ⁊ alia iura, ex quibus concluditur quod ex quo est tacens, ⁊ presens, et non contradicit, habetur pro consentiente, ⁊ hoc ei asscribitur quo ad legem promotionis. ⁊ vide quod nota. secundum Docto. ij. questione. v. auditum. Dicit Innocent. quod ex quo prohibuit, non videtur in culpa, si non fecit prescire tractatum de eius morte: quod est verum, si non credit ipsius obtentu contra ipsius prohibitionẽ homicidiũ fieri: secus si credidit. Alij dicunt eum non irregularẽ, cum non reuelauit, cum possit dici committere homicidium facto, mandato, consilio, vel defensione. 50. distinctio. si quis. Innocent. sic dicit etiam Specu. in titu. de dispen. §. iuxta propositionis. xliij. columna. versicu. quid si amici. Ad hoc quod nota. s. eodem. ad audientiam. circa princip. gloss. magne. Posset distingui an dolose celauerit, an non: et vide quod nota. J. de senten. excommunicatio. quanto.
8 ¶ † Oppo. quod non omnis dans causam, vel occasionem mortis alterius, sit irregularis. xxiij. questione quinta cum homo et capit. de occidendis. Solut. Non intelligas de occasione remota, sed de propinqua: vt quando in veritate propter eum fuit occisus. Dic vt dictum fuit supra, eodem. de cetero. ⁊c.
Antonius de Butrio.

1 ¶ Pro homicida habetur, quo ad legem promotionis percutiens, de cuius vulnere sciri, vel iudicari non potest an sit lethale.
2 Affectus, licet non sequatur effectus, punitur, quo ad legem promotionis, ⁊ causat irregularitatem.
3 Irregularitatem causat consensus ad delictum.
4 Vulnus quomodo potest probari non lethale. nu. 10.
5 Confessioni proprie in facto non statur in foro contentioso.
6 Scandalum delicti commissi causat irregularitatem.
7 Defensionem naturalem permittunt omnes leges. 26.
8 Repulsio in dubio non presumitur ex defensione, ex quo non constat alterum velle iterato percutere.
9 Aggressus potest probari cum intentione occidendi. 10.
11 Irregularis non censetur clericus, qui laicum leuiter percussit.
12 De homicidio tenetur, qui percussit non lethaliter, qui mortuus est ex percussionibus aliorum.
13 Irregularis censetur is, qui latronẽ detinuit, quod si non fecisset latro aufugisset.
14 Irregularis an censeatur clericus agens furti actione contra furem, qui conuictus fuit condemnatus ad furcam.
15 Irregularis est clericus clamans contra latronem, intendens res ablatas recuperare, vbi latro ad clamorem captus occiditur.
16 Irregularitatem incurrit clericus percutiens aliquem, licet eius prima percussio non sit lethalis, vbi secunda consocij percutiẽtis est lethalis.
17 Irregularitatem an incurrat is, qui voluntatem occidendi habuit, et nil operatus est in eius mortem, consulendo, vel auxiliando.
18 De homicidio an teneantur omnes in eadem domo existentes, lapide projecto ab vno existẽtium, per fenestram, ex quo occisus est quidam stans in carreria.
19 Ab homicidij pena excusatur is, qui percussit propulsando iniuriam.
De iniuria non tenetur qui iniuriam propulsando percussit. numero. 26.
20 Vulneratus quando dicatur quis in loco periculoso.
21 Iniuriam facit atrociorem locus, in quo quis percutitur.
22 Ex percussione quis dicatur teneri grauiori pena.
23 Irregularem facit quem sola voluntas.
24 Probatio vbi aliter haberi non potest, credendum conscientie.
25 Vulnerans, ⁊ occidens an pariter puniatur.
26 Vulnus illatum incontinenti, videtur factum animo defendendi.
27 Percussio quando dicatur facta animo defendendi.

1 SIgnificasti. ¶ † Quo ad legẽ promotionis habetur percutiẽs vt homicida de cuius vulnere an fuerit lethale iudicari, vel sciri non potest, si percussus ab eo, vel ab alijs occisus fuerit. h. d. Communis diuisio. Scđa ibi nos que distinguit: ⁊ primum membrum prosequitur ibi: ⁊ quidem. Secundum ibi: ꝙ si. ¶ Percussit. Nota ꝙ non est licitum clerico quem occidere, etiam ob defensionem rerum, ⁊, quod etiam plus est, eucharistie, vel etiã rerum ecclesie, ⁊ si occidat, nihilo minus irregularis est. ¶ Interesset. Nota quem non esse irregularem propter occisionem alterius, si constat ꝙ eius vulnere occisus non est, licet adfuerit ad vulnerandum, ⁊ quod plus est, etiam dato ꝙ fuerit primus. ¶ Voluntatẽ.
2 Nota argu. † ꝙ affectus solus, etiam si facto suo, sed alterius, non sit secutus effectus mortis, punitur quo ad legem promotionis, et causat irregularitatem. Effectu autem non secuto nihil operatur, affectus, quo ad promotionis legem. ¶ Studio, consilio, vel man-
3 dato. † No. tria, ex quibus causatur irregularitas. Addunt Docto. quartũ, qñ consensu tacito, vel expresso, s. c. prox. Idem si ope.
4 s. c. suscepimus. fm Host. ¶ Posset ostendi. † No. hic practicam probandi vulnus non lethale. ¶ Et not. duo principaliter subijci considerationi iudicis. Primo, quantitas percussionis. Secũdo, qualitas loci. Ex his enim duobus apparet, ⁊ presumitur ex vulneris qualitate, vel non. ¶ Item nota quod in talibus considerãdis creditur medico, ⁊ peritis in arte. ¶ Accusatur, vel denuntiatur. Et sic nota quod accusato, vel denũtiato de his, que sibi asscribuntur, non credis: ⁊ sic nõ põt esse testis, et reus in causa propria.
5 ¶ † Et nota ꝙ in foro contentioso non statur proprie confessioni in facto, de quo verisimiliter non potest esse confitens informatus ⁊ creditur de ceteris scilicet de voluntate, consilio, aut mandato.

destituendi: qđ fatetur hic Inn. ⁊ Io.an. qđ ecclesia est pleno iure
subiecta, ⁊ populus ab ecclesia sunt exempti. Si autem populus
non sit exemptus, licet ibidem instituant, oportet institutum re-
presentari episcopo, vt ab ipso recipiat curam populi, ⁊ de illa cu-
ra tenetur respondere episcopo: ⁊ de illo visitando queret episco-
pus: de alijs autem temporalibus, ⁊ spiritualibus habent respon-
dere monachis, quibus sunt subiecti. Sic ergo tene menti hūc tex.
qui declarat qualem habeant potestatem religiosi in ecclesijs sibi
9 subiectis. ¶ † No. priuilegium templariorum, vt in ecclesia inter-
10 dicta semel ad ecclesiasticū officium admittant in anno. ¶ † Not.
qđ ad permissionem diuini officij in ecclesia interdicta non cense-
tur permissa ecclesiastica sepultura. vide de sent.excom.alma.lib.
11 vi. ⁊ in cle.eos.de sepul. ¶ † Not. qđ oblati ad plenum in religioni-
bus non translati, ⁊ retinentes proprium, nō gaudent priuilegijs
exemptorum religiosorum: ⁊ quo ad omnia remanent sub potesta
12 te iudicis diocesani. ¶ † Venio modo ad declarationem dictorum
docto. Per decret. dicunt doc. qđ noua regula institui non potest
13 ab alio, quam ab episcopo. † An celebrans presente excōicato scien
ter incurrat irregularitatem: tenet Inno. qđ non. ī. de sen.excom.
c.is, qui.li.vi. Saluo qđ dicitur. ī.eo.episcoporū. scilicet qđ talibus
admittentibus ad diuina interdicitur ingressus ecclesie, donec sa-
tisfecerint ad mandatū illius, in cuius cōtēptum hoc est factum.
Per cle. autem, eos qui. imponitur pena excōicationis ipso iure
in admittentibus scienter publice excōmunicatos ad sepulturam
vbi etiam no. de publicis vsurarijs: ⁊ vide qđ no. de sen.excom.is
14 qui.libro.vi. † Et q: litera dicit in versi. in ecclesijs. qđ isti religiosi
habentes ecclesias subiectas possunt exigere rationē de eis. ¶ Ge
neraliter igitur quero de quibus habent potestatem petēdi ratio
nem. Dicit Inno. qđ non tantum de temporalibus, que ipsi reli-
giosi dederūt, sed etiam de alijs temporalibus, que alij dederunt:
⁊ non solum de temporalibus, sed etiam de fructibus decimarum,
⁊ oblationum, ⁊ aliorum spiritualiū. Unde dicit qđ ex quo eccle-
sia est sua, omnia annexa ecclesie, vt oblationes, decimationes, mor
tuaria, ⁊ possessiones censentur sub vna potestate. de consti.trans-
lato.cum simil. Et non solū illa, sed etiam feudalia. de appel. Ro-
mana. §. debet. lib.vi. xvi.q.ij. satis. ⁊ q: verbū est generale genera-
liter debet intelligi: vt in.c.si de terra. Et p hoc tales religiosi po-
terunt cōpellere presbyteros ad reddendam sibi rationem. de quo
de restit.spo.cum ad sedem.in gl. ¶ Not. libellū in fi. ī. de excep.cū
15 venerabilis.in gl. vt de ipsis. Et per hoc dicit Inn. † qđ presbyteri
tales si cōueniantur super possessionibus debēt respōdere sub pa
tronis exemptis, quasi in hoc subsunt iurisdictioni tēporali eius.
alleg. ī.eo.accepimus.cum ibi no. Item per hoc dicit qđ tales pre-
sbyteri non poterunt alienare, vel magna negotia gerere sine con-
sensu patronorū exemptorum: q: tales exempti patroni habent
ius episcopale, ⁊ equiparantur episcopis. xii.q.ij. si qua de rebus. ⁊
c. placuit. de voto. magne. §. cum igitur. vide gl. de re.eccle.nō alie-
nan. in clemen. si vna. Quod dicit verum esse Hosti. in exemptis.
In non exemptis vero dicit qđ patroni ex nudo iure patronatus
nullā iurisdictionē consequūtur. Et remittit ad not.in.c.quāto.š.
de offi.or. Sed dicit qđ habent solā presentationem. de iure pa.c.si.
non autem beneficiorum collationem: nec etiā habent se intromit-
tere de spiritualibus: vt probatur in hoc. §. sed de tēporalibus, pu
ta de censu, qui debet prestari superiori, quē nō possent augere, nec
minuere. c. prohibemus. š. de censi. Possunt etiā sine iuramēto de
plano querere quomodo talia bona administrent, vel an sint obli-
gata: ⁊ si reperiant aliquid male agi, non possunt manum appone
re ad corrigendum, sed debent epō nuntiare: sicut nec archieps in
diocesi suffraganei. Itē an tales habent custodiā, non potestatem
sibi vsurpādi, iuxta no. š. de offi.ordi.cū nos. š. de insti.ex frequēti
16 bus. Hec sunt dicta doc. nostrorum ruditer recitata. † Ex quibus
habes primo qđ exempti patroni habent potestatem iurisdictio-
nalē. Itē qđ authoritatē prestare possunt in agēdis, quasi habeāt
⁊ habere cēseant iurisdictionem epalem. Hec cōclusio nō plz mihi
in quātū ecclesie non sunt pleno iure subiecte: nec video quomodo
propter nudū ius patronatus lz patronus sit exēptus, qđ per hoc
habeat predictā iurisdictionē. Unde intelligo dictum Inn. q: ab
hates sunt exempti, ⁊ habēt ecclesias pleno iure exemptas. Et ita
intelligit Inno. iner. š. de trāsac.c.statuimus. ⁊ gl. in cle. š. de re.ec-
cle.non alie. alias nō possunt prestare authoritatē alienationibus
ecclesiarū inferiorū: q: hoc est spāle, vt probant multa iura. xii.q.
ij. Et hec no. q: quotidie de facto cōtingunt. Itē dicūt in iurisdi-
ctione, q: illā nō habent, nisi sint pleno iure subiecte, ⁊ patroni sint
exēpti. Scđo habes in ecclesijs subiectis quo ad tpalia religiosis
qualē potestatē habeāt ipsi religiosi: q: nō hūt iurisdictionalē po-
testatem, sed habent potestatē inquirēdi de administrationibus,
⁊ de male alienatis, ⁊ obligatis, ⁊ inquirere de plano, ⁊ referre supe
riori, nō corrigere. xvi.q.vij. filijs. ⁊ de censi. Romana. §. fane. li.vi.
Itē habent ptātem custodiendi vacātibus ecclesijs. Itē non hūt
ptātē censum augēdi, vel minuēdi. š. de censi. phibemus. ⁊ de ma-
teria in.c.cū nos. de offi.or. vbi aliquid. ⁊. š. de app. bonę. ⁊ aliqđ p
Inn. ī.eo. pastoralis. ⁊ per gl. in.c. de monachis. de preben. ⁊ ibi re-
17 collegi istā materiā. ¶ † Quero, imponit collecta patronis, ⁊ epo
ecclesie ptonis subiecte, cū quibus cōtribuent, an cū patronis, an
cum epo. Doc. dicūt cū patronis: q: habent eas subiectas quo ad
18 tpalia. ¶ † Quero, religiosi subditi delinquunt in ecclesijs subie-
ctis, an poterūt extra monaste. collocare cathedrā isti patroni pro
correctione ipsorū. Dicit Inn. qđ non sine cōsensu epi. ī.eo.tuerū.
nisi priuilegiū, ⁊ cōsuetudo aliud inducat. š. de for.cōpe.cū contin-
gat. possunt tū leuiter castigare. ī.eo. volētes. §. fi. de materia. š. de
19 offi.ordi.quāto. † Quid si isti patroni egeāt, an sint alimētādi, ⁊ su
stinēdi ab inferioribus ecclesijs. Doct. qđ sic de authoritate epi: als
nō, ex quo nō sunt pleno iure subiecte: sed hz nudū ius patronat'.
20 de iure pat. a nobis. ¶ † Quero quale ius hūt isti hūtes ecclesias
pleno iure subiectas. Dicūt qđ super tpalibus oibus: salua tū po-
tione vicarij. š. de preben. extirpāde. §. qui vero. ⁊ sic superioribus
21 de oibus est ratio reddēda. † Quid si isti religiosi volūt remouere
aliquē de ecclesijs subiectis de ꝯsilio epi, an possint. videt qđ sic, vt
hic a cōtrario sensu. Doc. finaliter tenent ꝯtrariū dicētes qđ prin
cipalr requirit snia epi remouētis: ⁊ id dz expectari: nec sufficit cō
22 siliū regri. ¶ † Quero an ecclesie rūpentes priuilegia, de qbus hic
ipso iure subiaceāt interdicto. Doc. qđ nō, sed requirit snia: ⁊ hoc
23 p verbū, subiaceāt, in fine positū: ⁊ hoc tenent oēs doc. ¶ † Op. cō-
tra ver. qđ si tēplarij. de.c. vt priuilegia. ī.eo. vbi in ecclesia interdi
cta tales templarij possunt sepeliri. Sol. Doc. dicūt qđ in ecclesia
ipsorū religiosorū pnt ipsi religiosi sepeliri, ⁊ plene oblati. Alij nō
plene oblati, ⁊ extranei nō, vt ibi cū officio solēni non debēt sepeli-
ri hic sine solēnitate: vel ibi in iocundo aduētu: quo casu quo ad p-
missionem celebrationis diuinorū sequit permissio sepulture: non
tū solēniter sepeliēdi. de quo in.c. alma. de sen.excom.lib.vi. ⁊ in cle.
eos. de sepulturis. ¶ Venio ad glo. ⁊ in prima parte sunt due gl.
24 prima literalis, scđa super verbo, decimas. ¶ † Opp. qđ decimas
recipere nō possunt etiā de cōsensu eorum, nisi quas habēt in feu-
dum laici. š. de his, que fi.a prela. cū apostolica. Glo. fatet ꝯtrariū,
⁊ dicit qđ decimas p laboribus suis nō soluūt. š. de deci. ex parte.
In ver. excōicatos sunt tres gl. ¶ Gl. super verbo, excōicatos. est
25 literalis, ⁊ allegat cōcor. ¶ † Glo. ij. super verbo, nolatim excōica-
tus, siue interdictus. dicit gl. qđ noīe proprio expresso aliqs inter-
dicitur, vel alijs circūstantijs. Insti. de exhereda. li. §. nominatim.
26 ad hoc de sen.excō. constitutionē. li.vi. ¶ † Glo. super verbo, pleno
iure. querit que dicat ecclesia pleno iure subiecta. Dicit gl. qđ illa,
que quo ad spiritualia, ⁊ tēporalia. ī.eo.qm̄. vnde colligit gl. ꝯtra
qđ in ecclesijs spectātibus pleno iure ad monachos epūs nihil hz:
⁊ ita institutio ⁊ destitutio de iure spectat ad monachos. xvij.q.ij.
c.j. ⁊ tūc iste ecclesie gaudent priuilegio quo priuilegiati. ¶ Eadē
27 glo. ibi: sed cum pleno iure. † querit quis deponet presbyteros in
talibus ecclesijs, cum debeāt per solos epos deponi. Dicit glo. qđ
monachi vocabunt epm diocesanū, vt per eum adiunctis alijs de-
positio fiat, sicut faciunt in alijs sacramentis sm tenorem priuile-
giorum, vt recipere debeant sacramēta ab epo diocesano: sm hoc
in pluribus priuilegijs ponitur. š. de prescrip. veniens. Itē quan-
doq; ponitur qđ predicta possunt a quocunq; sm qđ hic: ⁊ dicit
gl. q vocabunt quoscunq; epos voluerint: alias dato qđ ab abba-
tibus possent puniri, nō tamen possent ab eis deponi: cum ad offi
ciū abbatum hoc nō pertineat. de offi.archi.c.vlti. de iudi. at si cle-
rici, q: nec hoc potest epūs non cōfirmatus. de elec. trāsmissam. Di-
cit Inn. in hoc multū ponderanda verba priuilegij: licet enim re-
cipere possent ordines a quo mallent episcopo, tamen non credit
qđ alius epūs ad hoc faciendū illam diocesim possit intrare sine li-
28 centia proprij epi. ad hoc de tempo.ordi.eos.li.vi. ¶ † Querit gl.
penul. quare non sunt exempti a potestate ordinaria se offerentes.
Dicit gl. qđ per talem confraternitatem non sunt omnino cōuer-
si, sed aliquam remissionem consequuntur. ī.eo. vt priuilegia, vnde
dicit litera, oīno nō reddiderint: ⁊ sic remanet de iurisdictione epi-
scoporum: quod esset iniquum: vt. ī.eo. vt priuilegia. ⁊c.

Priuilegijs

1 Privilegijs suis privandus est, qui alior privilegijs derogat.
2 Delinquentes in exemptos, non per hoc subijciuntur potestati exemptorum, sed sunt coram episcopo conveniendi.
3 Contra iudices iustitiam facere recusantes quod remediũ detur.

1 **DIlecti.** †Suis privilegijs est privandus, qui privilegijs derogat aliorum. h.d. In prima querela. In secunda ibi: pro certo deciso mandato ponitur comminatio. ¶ Nota quod non servanti privile- 2 gia aliorum, sua servanda non sunt. ¶ †Nota quod delinquentes in exemptos, non per hoc subijciuntur potestati exemptorum, sed sunt coram proprio episcopo conveniendi. ¶ Nota contra episcopos nõ volentes videre, nec servare privilegia exemptorum. Doc. 3 nil in litera scribunt: ideo venio ad gl. ¶ †Querit glo. de remedio contra iudices iustitiam non facientes. Dicit gl. quod possunt cõveniri. xxiij. q. ij. dominus noster. Et dicit gl. quod iudex facit litẽ suam propter dolum propriũ, et propter alias causas. ff. de iudi. l. si filiusfa. Non tamẽ putat Hosti. iudicẽ hoc casu incurrere penam. de re iudi. cum eterni. q2 illa punit facientem, non negligentẽ: alias infiniti illaquearentur. Contrarium tenet. de app. legitima. lib. vi. de quo dic vt ibi per Jo. An. in gl. super verbo, caveant. ¶ Gl. vltima tota est literalis, et prosequitur generalia. Ant. de But.

1 Excommunicatos mortuos si sepeliant exempti, illos extumulare tenentur.
2 Excommunicatorum sepultorũ ossa potest episcopus extrahere.
3 Negligentiam privilegiatorum in mortuos excommunicatos exhumando supplet ordinarius.
4 Exempti quo casu subijciantur ordinarijs.
5 Contra exemptos an episcopus possit procedere, eo q excommunicatos ab eo admittunt ad sepulturam.
6 Excommunicatos si templarij sepeliãt, an sententiam canonis incurrant.
7 Excommunicati, quorum ossa discerni non possunt ab ossibus fidelium, non sunt exhumandi.
8 Excommunicati an sint exsepeliendi, sive cemiteria sint contigua ecclesijs, sive non.

1 **AD hec.** †Privilegiati, qui sepeliũt mortuos excõicatos, illos extumulare tenentur. h.d. Et non dividitur. ¶ Nota summarium. ¶ Nota quod privilegiati excommunicatos sepelire non possunt, et se- 2 pultos exhumare tenentur. ¶ †Nota q in locis quantũcunq privilegiatis potest episcopus extrahere ossa excommunicatorũ sepultorum. Et dicit Inn. quod loca hospitalariorum nõ sunt exem- 3 pta. Jo. An. remittit. j. eo. ¶ †Tertio nota qd privilegiorũ, alias privilegiatorum, in exhumando mortuos excommunicatos sepul- 4 torum negligentiam supplet ordinarius. ¶ †Nota casum, in quo ordinarius habet potestatem in exemptos, tenendo quod hospitalarij sunt exempti: sed secundum veritatem non sunt. ¶ Declaro 5 decre. †Et quero an episcopus possit procedere cõtra exemptos, qui excommunicatos ab eo admittunt ad divina, vel eis concedũt ecclesiasticam sepulturam. Videtur qd sic: cũ privilegia exemptionis ad hos casus se non extendant. s. eo. cum in ecclesijs. §. excommunicatos. et de sen. excom. nulli. Item q2 tales delinquunt in rem nõ exemptam: ergo bene puniuntur. j. eo. patentibus. Idem quia privilegium non datur vt innitet ad delinquendum. de consue. ex parte. Item privilegiati coercentur per ordinarium, si extra privilegiorum suorum tenorem excedãt: vt. d. c. patentibus. facit in aut. vt iudi. sine quoquo suffra. §. nolumus. vbi preses provincie punit legatum principis, qui ibi excedit formam non servando. In contrarium facit quod nõ possit illos punire, q2 sunt exempti, et delinquunt in loco exempto. j. eo. c. j. lib. vj. Non obstat hec decre. q2 non dicit quod episcopus possit punire exemptum, sed quod potest exhumare excommunicatos sepultos. Item hec decre. non loquitur de exẽptis, vt dixi. s. Solvendo dicas quod si persona, et locus sint exempti, episcopus non puniet: secus si persona sit exempta, et non locus. Et ita determinat hanc questionem Jo. An. in. c. episcopo- 6 rum. in Novella. e. tit. lib. vi. ¶ †Venio ad gl. querit gl. an templarij sepelientes excommunicatos incurrant sententiam excommunicationis, sc3 minoris. Dicit gl. quod sic: q2 sicut cõmunicare non debet vivis, ita nec mortuis. xxiiij. q. ij. c. j. et s. eo. sacris. Glo. tenet Phi. Hosti. contra: quia mortuus, homo non censetur: ideo cũ eo nõ potest dari communio: nec hoc expressum reperitur in iure: salvo quod habetur de hereti. c. j. §. responso. lib. vj. de sepul. cle. eos, qui. Ad hoc de pen. dist. in. iij. §. hoc idem. versi. item a mortuo, qui nõ est. Pro hoc, q2 communio dicitur proprie inter pñõs, sicut de consensu dicitur. de spon. tue. Item cessat ratio communionis denegande. vt rubore suffusi satisfaciant: quia de homine mortuo nõ est spes. Prover. xxv. distinc. qualis. Jo. And. contra, quia durat excommunicatus mortuus, etiam si appareant signa cõtritionis, donec absolvatur. de senten. excom. a nobis. Ad hoc, quia licet nõ possint mortui alijs participare, viventes tamen eis participare possunt, radendo, lavando corpus, illud vestiẽdo, et his similia, que non possunt negare favorabilia mortuo. Et per hoc fit responsum ad id, qd dicitur de cõione. Ad hoc decre. a nobis. de sepul. sacris. xxiiij. q. ij. c. j. Itẽ plus per hoc cẽsura timebitur, que est precipua causa prohibitionis. de excep. pia. in priu. lib. vj. Item q2 etiã participamur rebus insensibilibus. de cler. excõ. mi. c. si. Itẽ sufficit dicere excõicato Ave, ad incurrendã minorẽ: licet ille nõ respõdeat. 7 xi. q. iij. excõicatos. xxiiij. q. j. omnis. ¶ †Opp. glo. qd exsepeliendi nõ sint mortui. de sepul. sacris. j. de sen. excõ. a nobis. Sol. Hoc intellige qñ ipsor ossa nõ possunt discerni ab ossibus fideliũ, vel qñ tales fuerunt, qui petierunt absolvi, et per eos nõ stetit quo minus 8 absolvant. Deinde gl. est literalis. ¶ †Quero an sunt exsepeliendi, sive cemiteria sint cõtigua ecclesijs, sive non. Dicit Jo. An. nõ curandum. alleg. de sen. excom. is cui. lib. vj. &c. Anto. de But.

1 Prescribitur contra privilegium hodie. gl. annis. nu. 6.
2 Ad decimas tenentur fideles de habitationibus proprijs.
3 Ad decimas non tenentur Cisterciensis de terris, quas propria manu colunt.
4 Decimarum privilegijs videtur renuntiatum per solutionem illarum pro tempore. xxx. annorum.
5 Decimas solvẽtes de laborib9 suis an indistincte pdãt pṽilegia.

1 **SI de terra.** †Contra privilegiũ prescribitur spatio. xxx. annor olim: hodie. xl. 2 j. eo. accedẽtib9. h.d. ¶ †Not. arg. q etiã de habitatio- 3 nibus proprijs tenentur fideles ad decimas. ¶ †Nota q Cistercienses sunt privilegiati, vt non teneant ad decimas: hoc 4 etiã de terris, quas propria manu excolũt. ¶ †Nota q in privilegijs ecclesie prelati cũ conventibus habẽt potestatẽ renuntiandi: et qd tacite renũtiare cẽsent privilegijs decimarũ, illas p. xxx. annos 5 exsolvẽtes. Habetis expeditã decre. qñtũ ad tex. ¶ †Querũt doc. an indistincte solventes decimas de laboribus suis pdant privilegiũ. Dicũt q decre. pcedit, qñ sponte solvuntur: secus si invite. de 6 re. iur. qd latẽter. ¶ †Opp. gl. j. q spatio. xl. annorũ tollat privilegiũ, et nõ. xxx. s. de pscript. de quarta. j. e. accedẽtib9. Gl. dicit stãdũ Irio: de quo dicetur ibi plene. ¶ Gl. ij. est tota literalis, et psequit generalia: et est legẽda vt iacet. ¶ Gl. sup ver. renũtiare, idẽ facit.

1 Privilegiorum tenor inspiciendus est, et servandus.
2 Successio in bonis non privilegiati non tollit privilegium succedenti privilegiato.
Privilegiũ non tollitur per successionem in reb9 nõ privilegiati.
3 Iudicandũ non est de privilegijs, nisi inspectis verbis privilegij.
4 Privilegia certo generi personarum concessa extendũtur ad res post privilegium ad eorum dominium translatas.
5 Dictio, Cuius, licet sit naturaliter adversativa, quandoq sumitur pro quia, vel pro cum.
6 Dictio adversativa vbi orationi preponitur, que venit per modũ cause ad infra dicenda, stat pro quia, vel pro cum.
7 Mutatio rei non sequitur ad personarum mutationem quo ad onera rei annexa.
8 Clausula, ad libertatem pristinam reducatur, quid importet.
9 Copia rescripti quare non est partibus deneganda.

1 **PRo.** †Privilegiorum tenor inspiciẽdus est, et 2 servandus. h.d. ¶ †Nota ex hac decre. q privilegiatus succedẽs non privilegiato, vtitur privilegio suo: et sic res noviter ad privilegiatum translata, nõ transit cũ sua cã, si eo, qd ad privilegiatũ transit, cessat cã illi9 cause. Ad hoc d iure pa. c. vno. lib. vj. Et hoc procedit scdm intellectũ 3 gl. ¶ †Scdo nota id, ad qd quotidie decre. allegat, qd de privilegijs nõ est iudicandũ, nisi inspectis, et cognitis verbis privilegij: et intellige quantum ad mẽtẽ, nec obstet. j. c. quanto. ¶ Not. q privi- 4 legior tenor est attendendus. ¶ †Nota q privilegia certo generi personarum cõcessa extenduntur ad res post privilegiũ ad eorum 5 dominiũ translatas. ¶ †Opp. gl. j. q dictio, Cuius, male stet hic: q2 natura dictionis, Cuius, sit adversativa: et sic d3 adversari in facto, et in iure: sed hec oratio nõ adversatur sequẽtibus, sed potius suadet. So. Expone, Cuius, p q2: et in antiqua erat, quã. Vel dic Cuius, 6 pro cũ. ¶ †Nota gl. qd dictio adversativa vbi preponitur orationi, que venit per modũ cause ad infra dicenda, stat pro quia, vel p cum: et sic resolvitur in coniunctionẽ causativam. ¶ Gl. tenẽt doc. exponendo qui aliã, id est, non aliam: et supplendo: vt in seq. gl. S3 7 si suppleamus, quã habitatores habeãt, tunc Cuius stat proprie: † et tũc nota naturã rei ad qñtũcunq pervenerit, nõ mutari. s. de deci. cõmissum. Qd est ver de oneribus annexis ipsi rei. j. c. pastoralis. 8 ¶ †Querit glo. ij. pro declaratione tex. quid velit tex. dũ dicit, illã libertatem, &c. dicit qd intentus est text. qd privilegiũ eis cõcessum extendat ad possessiones post privilegiũ acquisitas. Allegat gl. ff. 9 de vsuris. l. cũ quidã. ¶ †Glo. super verbo, ex inspectione. in prin. literalis est. In medio inducit decre. in arg. ad. q. qd iudex d3 facer

re copiam rescripti ex partib⁹: nec sufficit sola recitatio: q̄r posset esse ibi aliqua falsitas, que sola recitatione non deprehenderetur. Deinde gl. colligit notabilia. vide ipsam per te, ⁊c. Ant. de But.

1 ☞ Exemptum non probat quem solutio census, nisi fiat ad iudicium libertatis.
2 Census solutio facta ecclesie Romane vt equiuoca necessario non arguit exemptionem determinatam, aut subiectionem.
3 Solutio census arguit exemptionem, ⁊ subiectionem.
4 Exemptionem que verba arguunt. nu. seq.
5 Priuilegiorum que verba exemptionem importent.
6 Exempta ecclesia que iura perdat episcopus.
7 Episcopale ius omne an videatur ablatū ablato iure episcopali.
8 Exemptus si deliquerit in re exempta, an possit conueniri coram ordinario.
9 Exempti delictum non punit ordinarius.
10 Exempti non soluunt censum ecclesie Romane.
11 Priuilegium quando videatur dare exemptionem.

1 **Ecepimus.** †Solutio cēsus nō pbat quē exēpti, nisi fiat ad iudiciū libertatis. Hoc dicit. In prima cōsultatio. In secunda 2 r̄ñsio, ibi: ceterum. ¶ †Nota ex decre. qđ solutio cēsus ecclesie Romane vt equiuoca necessario nō arguit determinatā exemptionem, aut subiectionem. Uide gl. s. de cau. pos. c. fi. ⁊ de censi. omnis anima. ¶ Secundo no. qđ non probat hoc esse, quod in hoc 3 cōtingit abesse. ¶ †Tertio no. qđ solutio census arguit exemptionem, ⁊ subiectionē, ⁊ in alteram ⁊ alterā determinationē solutionis census, si soluitur vt iudicium percepte libertatis, arguit exēptionem: sed si soluitur vt iudicium percepte probationis, non arguit 4 exemptionem. ¶ †Not. quedam verba hic. que arguunt exceptionē. Et actio pro socio datur heredi, ⁊ in herede Et ꝑpter hoc Inno. prosequitur hic multa de societate, ⁊ quedam non si ecclesia in priuilegio specialiter reseruatur, alias recipiatur in ius beati Petri, vel ecclesie Romane, hec verba arguunt exemptionē si recipiat sub protectione pape, hec verba non arguunt exceptionem. Uide tex. de his, ⁊ similibus verbis. j. eo. si papa. lib. vj. ¶ Ueniamus ad dicta doc. Inn. tractat hic principaliter tria puncta. Primus est, 5 † que verba priuilegiorum importent plenam exēptionem. de quo 6 plene eo. ti. si papa. lib. vj. ¶ †Secundo querit, si ecclesia est exēpta, an episcopus perdat ius non solum in ecclesia, sed in clericis ecclesie. In hoc dicas qđ exempta ecclesia, monachi canonici, cōuersi, ⁊ ꝑpetuo oblati, intelligunt exempti, non autem presbyter ibi ab episcopo institutus. Quandoq̄ eximunt canonici, quandoq̄ clerici: ⁊ tūc q̄ intelligant exēpti: dic vt in. c. p exēptionem. j. e. ti. li. vj. Itē dicit Inno. quod exempta ecclesia non intelliguntur exempti parochiani, sed subsunt episcopo, quo ad vtranq̄ legem. j. eo. cum olim. 7 ⁊ de sepul. in nostra. † Incidenter circa hoc tāgit an in petitione iuris episcopalis omne ius episcopale tā in ecclesijs, q̄ in laicis, ⁊ clericis adiudicet, vel auferatur. dic vt. s. de offi. or. ꝯquerēte. ¶ Querit tunc vlterius quis tunc percipit illorum parochianorū. Dicit Jo. And. qđ plebanus, vel aliquis alius, qui primo percipiebat illas. xxvi. q. j. si quis laicus. nisi contrariū priuilegium obstaret. j. e. 8 ex parte. ¶ †Ultimo ad declarationē materie capituli q̄runt doc. si exemptus delinquat in re exempta, nō portādo habitum, vel dissipando bona ecclesie, possit conueniri coram ordinario. Dicit Inno. qđ non. j. c. patentibus. ⁊ c. cum capella quod fatetur Jo. And. 9 quando id agit in loco exempto: vt no. j. eo. c. j. lib. vj. ¶ † In gl. de monacho, ⁊ dicit qđ dato qđ delictum exempti, si sit leue, cadat sub potestate ordinarij: nihilominus bñ facit ordinarius, remittere ad 10 iudicē suū: ar. ff. de re mili. l. j. §. respon. ¶ † Uenio ad glo. ⁊ prima gl. querit qui sunt exempti non soluētes censum Romane ecclesie. Dicit gl. qđ sunt tēplarij, ⁊ hospitalarij, ⁊ Cistercien. Dicit Hosti. qđ omnes nō sunt exēpti, licet in multis sint priuilegiati. De Cistercien. probatur de simo. ne Dei. de sup. neg. prela. c. j. De tēplarijs, ⁊ hospitalarijs, de verb. sig. veniens. lib. vj. Dicit Jo. An. qđ putat quod glo. habuit respectum ad factum, non ad ius scriptū.

11 ¶ †Querit gl. qualiter ex priuilegio cognoscatur datā exemptionem. Dicit gl. quādo in priuilegio sunt verba, Damus libertatē, vel similia. De quo dic hodie, vt. j. eo. tit. si papa. lib. vj. ⁊ vide eod. tit. ⁊ li. per exemptionem. ¶ Gl. super verbo, protectionis. colligit notabile in tex. expeditū, ⁊ allegat iura. ¶ Opp. de. c. vno. de peregrina. So. Ibi loquitur quādo specialiter sub protectione recipit ratione absentie: hic de generali protectione. Unde dicit glossa qđ talis protectio parum valet, sicut ⁊ generalis confirmatio: nisi q̄r aliqua reuerentia magis illis debetur, quam alij: arg. per tuas. s. de confir. vti. vel inut. Et forte citius papa mouetur ꝑ eis ad literas concedendas, cum iniuste grauantur, ⁊ ad vibrandum gladiū censure. Nec mirum, cum etiam domini temporales nisi his, quos sub sua protectione recipiunt, satisfiunt, guerrā faciūt. Si ergo ab ecclesia neminē securat, aut securatū defendat, ne laqueū iniciat. xvij. q. j. de viduis. vel fraudē adhibeat. de dona. Et hoc fm̄ Hostien. qui cōsuluit quod ecclesia neminem, nisi ex magna causa, sub ꝓtectione sua recipiat, ⁊ raro: si tamen recipiat, defendat receptos in ere, ⁊ personis, iuxta not. in cap. ad liberandam. in parte decisa. versi. quorum persona. de Judeis.

1 ☞ Priuilegia singularia non trahuntur ad alios, vel in consequentiam, etiam ex rationis identitate.
2 Priuilegium concessum vni trahi potest in consequentiam ex rationis identitate.

1 **Sane.** †Bene est: vel si vis, dic, Jus singulare, et priuilegiatum, non est ad alios extendendum. h. d. Et nō diuiditur. ¶ Nota quod priuilegium ad alias personas ex rationis identitate non est extendendum. Et sic licet in iure communi procedatur de similibus ad similia, non tamen in iure singulari, ⁊ priuilegiato. Itē nota quod priuilegium contra ius commune nō est sine causa concedendum. ¶ Gl. j. declarat tex. ⁊ prosequitur notabilia: demum oppo. in ver. argu. contra. quod vni persone concessum non debeat alijs denegari. v. dist. ad eius. iiij. dist. deniq̄. Sol. Quedam sunt, que conceduntur de iure communi alicui certe persone, ⁊ nō in priuilegium: 2 talia ad consequentias trahuntur. †Quedam sunt, que in priuilegium conceduntur: ⁊ talia nō trahuntur ad consequentias, vt hic. ⁊ ideo gl. fi. exponit beneficijs, id est, priuilegijs. Dicit tñ hic Go. qđ licet iura personalia non extendantur, quandoq̄ tamen alijs conceduntur: vnde vnus concedit alteri beneficium restitutionis. ff. de minori. l. si minoris. ff. de admini. tut. l. ex pluribus. Uel dic qđ gl. sic soluit: quia aut aliquid conceditur sub respectu iurisdictionis, aut sub respectu priuilegij. Primo casu persona videtur adiecta gratia exempli: secundo secus. Dicit tamen Gofr. quod licet ius personale non transeat ad alium, tamen quandoq̄ potest cedi alij: vt patet in beneficio restitutionis in integrum, quod alij ceditur. ff. de mino. l. si minoris. ff. de admi. tut. l. ex pluribus. Inducitur decre. contra parochianos, vt non possint prescribere ius presentandi. Nam ex priuilegio ecclesie concessum est aliquibus. s. de iure pa. c. j. ergo ad alios non debet trahi. De quo. s. de elec. querelam. ⁊ de reg. iur. quod alicui. seu in regula, quod ob gratiā. lib. vj.

1 ☞ Campanas habere nō possunt religiosi in domibus priuatis, licet ibi sint priuata oratoria. 8.
2 In priuatis oratorijs non licet habere campanas.
3 Campanas tenere, ⁊ publice pulsare, est signum loci ecclesiastici. Oratoria ex quibus possint iudicari publica.
4 Priuilegiati debent contentari suo iure, ⁊ aliorum iustitiam non impedire.
5 Priuilegiati delictum vbi extendit vires suas extra locum, exemptus delinquens in loco exempto puniri potest a diocesano. nu. u.
6 Campane pulsus, vel sonus quid prodest.
7 Litere iudicij clause an faciant aliquam fidem.
9 Campanas plures quare non liceat religiosis habere.
10 Missam celebrare publice an liceat in priuatis oratorijs.
11 Exemptus publice delinquens, ⁊ priuilegij metas excedēs, potest ab episcopo coerceri.

1 **Patentibus.** †Religiosi in domibus priuatis, licet ibi sint ꝑuata oracula, vel oratoria, non possunt habere campanas. hoc 2 dicit. Consultatio, ⁊ r̄ñsio. ¶ Ibi: respondemus. †Nota q̄ in domibus priuatis, ⁊ oratorijs non licet tenere campanas. 3 ¶ †Secūdo nota q̄ tenere campanas, ⁊ publice pulsare, est signū loci publici, ⁊ ecclesiastici. Et hoc tene menti pro hospitalibus: q̄r contingit quandoq̄ reuocari in dubium an sint priuata, an publica: quia si ibi est oratorium publicū, vel sunt campane, que publice pulsentur, videtur locus publicus. Super quo vide Archid. de consecr. dist. j. nemo. Et pondera bene istam copulam, que requirit duo, sc3 quod teneat campanā, ⁊ quod publice sonet. Unde secus si ibi esset campanella priuata, que pulsaretur pro recolligēdis infirmis, vel custodibus. Sis ergo cautus in articulando locum publicum, vt articules quod tenent campanas, ⁊ qđ publice sonant. 4 ¶ Nota casum, in quo proceditur appellatione remota. ¶ Nota quod priuilegiati tantum debent esse suo iure contenti, quod iusti-5 tiam non impediant aliorum. ¶ †Nota q̄ vbi delictū exempti extendit vires suas extra locum, exemptus delinquens in loco exem-6 pto a diocesano potest puniri. ad hoc. c. sequēs. †Nā pulsare campanas non fit, nisi propter auditum: ⁊ si pulsant, surgit turbatio propter sonum, qui extenditur ad aures, ⁊ exauditur extra locum exemptum. ¶ Ultimo notat Hostien. per istum tex. in prin. quod 7 litere patentes in iudicijs faciunt fidem clause. ¶ †Nota q̄ dicit procedere, vbi non apparent authentice, vt quia remotum, vel fractum est sigillum. Et hoc verum, nisi iudex, cui dirigebantur, sic clausas scribi fecit in actis: q̄r tunc illis stabitur, sicut ⁊ alijs actis: vt de offi. deleg. cum olim. ij. Si tamen sic aperiuntur vt sigillum remanet, ⁊ apparent nō vitiate, tunc stabitur illis: vt l. si. C. de edic. diui Adri. tollen. nisi aliud dicatur a ratione personarum: imo secundum

cundum cum minus videntur suspecte clause, quam patentes: et ideo clauditur testamentum solenne: vt.l.fi.C.de fideicommis.melius facit.l.hac consultissima.C.de testamen.¶†Uenio ad declarationem decre.⁊ oppo.quod istis templarijs, ⁊ hospitalarijs licitum sit habere campanas: quia quibuscunqꝫ religiosis licitũ est habere campanas.de excess.prelato.nimis.Sol.Ibi de locis ipsorum, scꝫ de monasterijs: hic de priuatis oratorijs.†Uel secundum Hosti.licitum est tenere vnam campanam, vt ibi: sed non plures, vt hic:⁊ sic de iure nõ deberent religiosi habere nisi vnam campanam, que est magis contemplatiua, quam plures:⁊ religiosa obseruantia hoc faciunt, quia magis seruat obseruãtiam.Hodie etiam Minores volunt habere plures campanas, quam ecclesia episcopalis:⁊ est specialiter contra regulã Minorum.¶Nota bene hoc dictum Hostien.contra eos.¶Ueniamus ad glos.†Quero an in oratorijs priuatis liceat publice celebrare.Dicit glo.quod non.de consecra.dist.j.vnicuiqꝫ.Hoc fatetur Hostien.de missis publicis. priuatis tamen potest.⁊ hoc verum, vbi est oratorium authoritate episcopi constructum: alias non.¶†Gl.ij.colligit arg.ꝙ si exempti excedant metas priuilegiorum suorũ, siue publice delinquant, quod possunt ab episcopo coerceri.Alleg.ad hoc.j.cap.proximo. Innoc.⁊ Abb.dicunt quod licet ipsi sint exempti, oratoria tamen eorum priuata non sunt exempta.Alleg.no.s̃.eo.accepimus.Dicit Hosti.ꝙ speciale est hoc casu tantum: alias irregulariter procedit quod non habet iurisdictionem: vt in.c.veniens.eodem titu. lib.vj. Anto.de Butr.

1 ☞Predicationis officio priuantur hospitalarij, qui mittũt pro elemosynis cruce falsa signatos.
2 Questores hospitalarij quales esse debeant.
3 Hospitalarij mittentes questores falsa cruce signatos puniũtur.
4 Missam celebrans in ecclesia polluta, non est ipso iure suspensus.
5 Irregularis non censetur, qui in ecclesia polluta celebrat.15.
6 Dispositio vna vbi trãsfunditur in aliam separatam, nil addito, vel detracto, antiqua dispositio non innouatur.
7 Suspensio iuris vbi transfunditur in hominis suspensionem, ad limites suspensionis iuris illa non addit vinculum.
8 Suspẽsos presbyteros nõ possunt laici ad officia sua reintegrare.
9 Excommunicati sunt ipso iure religiosi exempti absoluentes excommunicatos in casibus sibi non permissis.
10 Oblati, non in totũ translati, non gaudent priuilegio exemptorũ.
11 Consuetudo, vel lex laicorum, non ligat clericos.
12 Cruce falso signati qui dicantur.
13 Reconciliari qualiter debeat ecclesia.
14 Hospitalarij celebrare non possunt in ecclesia consecrata, ⁊ reconciliata.
16 Emancipare, ⁊ liberare, seu eximere, quid sit.
17 Habitus sola delatio quando faciat quem monachum.
18 Exhortari quid significet.
19 Priuilegiatum publice delinquentem potest punire ordinarius. Forum videtur quis, etiam priuilegiatus, sortiri ratione delicti.
20 Contra episcopos promouentes ad sacros omnes, qui se offerũt, ⁊ innumero confuso.

Tuarum. †In tota prouincia priuantur exhortationis, id est, predicationis officio hospitalarij, qui mittunt pro elemosynis cruce falso signatos:⁊ missi, si sunt laici, excõmunicantur: si sunt clerici, ab officio, ⁊ beneficio suspenduntur. Eadem suspensione punitur, qui ante reconciliationem in polluta ecclesia celebrat:⁊ suspẽsi presbyteri per exemptos restituti in eandem sententiam reducendi sunt:⁊ confratres priuilegiatorum, qui se ad ipsos plene non transferunt, priuilegiati non sunt. hoc dicit. In prima parte ponitur querela, et consultatio. In secunda prouisio, ibi: verum quia. ¶†Nota primo quales debent esse isti questores, qui mittuntur pro elemosynis ab hospitalarijs: quia debent esse literati, et vere eorum fratres, ⁊ non falsa cruce signatos mittere debent.¶†Nota penam transmittentium fratres falsa cruce signatos: pena est in textu expressa.¶†Tertio nota quod celebrans in ecclesia polluta, non est ipso iure suspensus, ⁊ communiter, nec etiam irregularis, sed est suspendendus: aliud est, si quis celebrat in ecclesia interdicta.s̃.titu.ij.cap.fin.¶†Nota quod celebrans in ecclesia polluta pendente suspensione iuris, non est irregularis: vnde sicut iuris suspensio in suspensionem hominis translata, ea forma, ⁊ limitatione, qua erat a iure determinata, suã omnino retinet primordialem naturam suspẽsionis hominis.¶†Et sic nota ꝙ vbi vna dispositio transfunditur in aliam separatam, nihil addito, vel detracto, antiqua dispositio nõ innouatur, sed omnino prima suam retinet naturam:⁊ facit quod si homo interdicit diuina, donec peniteat, quod hec sit suspensio iuris, ⁊ nõ hominis, ita quod interim celebrans non sit irregularis.de quo.s̃.de cler.excom.milit.si celebrat.¶†Nota aliter, ⁊ breuius, quod vbi suspensio iuris trãsfunditur in suspensionem hominis, ad limites suspensionis iuris, illa non addit vinculum, nec nouum causat effectum vltra suspensionem iuris.Nam hic dicit suspendendos ab officio, ⁊ beneficio:⁊ sic non sunt suspensi ipso iure ab officio: quod tamẽ alias essent.s̃.tit.ij.c.fi.⁊ sic hic est casus, non cauillando. Ideo nota bene:⁊ sic facit ad no.in.c.si celebrat.de cleri.excomm.mili.scilicet an si existens in peccato mortali suspendatur vsqꝫ ad satisfactionem interim celebrans incurrat irregularitatem.¶†Nota quod laici, quãtũcunqꝫ religiosi, presbyteros suos suspensos ad officia reintegrare non possunt.†Hodie vero religiosi, quantuncunque exempti, absolnẽtes excommunicatos in casibus sibi non permissis a canone, vel a sententijs latis per prouincialia concilia, vel synodalia, sunt ipso iure excommunicati, ⁊ per solum papã absoluendi: vt cle.religiosi. eod.tit.¶†Nota quod oblati, non in totũ translati, non gaudent priuilegio exemptorum.¶Ultimo nota secundum Hosti.†quod consuetudo, vel lex laicorum non ligat clericos.Ad hoc.s̃.de consti.ecclesia sancte Marie.Hoc probatur hic in fin.Docto.nil scribunt, nisi quod vltimo dixi.¶†Secundo quero qui dicãtur cruce falso signati.Dic quod portant crucem, ⁊ nõ sunt oblati, nec sunt veri confratres.Secũdum Hostien.omnia alia possunt reduci ad gl.Ideo venio ad gl.¶†Querit glo.ij.q̃ prima est literalis, qualiter ecclesia reconcilietur.Dicit quod per aquam benedictam vino, ⁊ cinere, ⁊ per episcopum tantum, ⁊ nõ per simplicem sacerdotem.s̃.de conse.eccle.vel alta.aqua.¶†Eadem glos.ibi: sed nonne opp.quod ibi possint celebrare hospitalarij, saltem semel in anno. s̃.eo.cum ⁊ plantare.§.quod si.j.eo.vt priuilegia.Sol.Dicit glos. quod hoc priuilegium non extenditur ad hunc casum, quando est consecrata, ⁊ non reconciliata.¶†Eadẽ gl.ibi:⁊ quod.hic est opi. quod celebrans in tali ecclesia sit irregularis, ⁊ suspensus: vt.s̃.de cleri.excom.milit.postulastis.de excess.prela.ex literis.Sol.Hic loquitur in interdicto iuris, non hominis: contrarium in interdicto hominis.Nec obstat quod fuit etiam interdicta ab homine: q̃ tale interdictum fuit omnino iuris transfusiuum in dispositionẽ hominis, ⁊ expressum vt inerat.¶Ideo glos.super verbo, suspensionis.que sentit idem contrarium, aliter soluit, ⁊ dicit quod id refertur ad factum: quia sunt suspensi ipso iure, violando temere interdictum: vt no.s̃.de exces.prela.c.vlti.in magna gl.sed si scienter celebraret post interdictum iuris, debet suspendi:⁊ tunc proprie dicitur suspendi. Iste glo.non satisfaciunt vobis, vt puto: quia si ista suspensio est iuris tantum, ⁊ tunc gl.forte nõ posset saluari.Si hominis, tunc secus: sed hic fuit suspensio iuris, ⁊ hominis. Ideo cõclude sic, Quãdoqꝫ est interdictum verum in ecclesia, siue sit iuris, siue hominis:⁊ tunc in ea celebrans est irregularis: vt in.c.tanta. s̃.titu.ij.Et quando dicatur verum interdictum iuris, vide.c.vbi periculum.de elec.lib.vj.⁊.c.felicis.de penis.eo.lib.Et ad hoc vide not.in.c.is, qui.de senten.excom.lib.vj.eo.tit.in cle.grauis.in glos. iij.Quandoqꝫ non est verum interdictum, sed est suspensa ecclesia, quia sanguine polluta:⁊ tunc celebrans ibi nõ est irregularis, sed solum talis est suspensio ibi, vt volunt glo.Si vero cum dicto casu etiam concurrit interdictum hominis:⁊ tũc si interdictum est latum ad limites suspensionis iuris, ⁊ non egerit suspendens inducere nouum vinculum, quod in dubio presuppono:⁊ tunc ibi celebrans non est irregularis:⁊ iste est casus hic.Quandoqꝫ ecclesia polluta est interdicta ab homine, non ad limites iuris, quia interdicens egit inducere nouum vinculum:⁊ tunc ibi celebrans incurrit irregularitatem. Ita intelliguntur contraria: vt patet in.c.postulastis.de cleri.excom.mil.⁊.c.ex literis.s̃.de exces.prela.¶†Gl. tertia, que est super verbo, emancipare.opp.q̃ non proprie emancipentur: quia dicitur proprie emancipari, qui liberatur a patria potestate.C.de eman.libe.per totum.Solu.Dicit gl.loquitur per similitudinem, quod hi intendebant a potestate iurisdictionali eximere, ⁊ liberare dioce.Dic ergo in fi.gl.quod emancipare proprie est a patria potestate liberare, secundum Gofre.¶†Gl.super verbo, signatos.querit an sola delatione habitus quis sit monachus. Dicit glo.text.hic facit quod non, dummodo constet quod animo non obligandi hoc faciat: quia in tali casu habitus non facit monachum.de regula.porrectum.¶Eadem gl.arg.contra.oppo.q̃ delatio habitus habeat inducere professionem.de regula.statuimus.Dicit gl.quod si constat quod animo vouendi deferat habitum, delatio habitus facit monachum.Idem si factum ab initio est ambiguum.de regula.vidua.xx.q̃.j.quem progenitores.Per hoc infert gl.quod simulans se monachum, vt corrumpat monialem, non est compellendus ad monachatum, licet alias sit puniendus:⁊ etiam auxilio si iocose steminate monache vsus est.in aut. de san.epi.§.vlti.Bart.Brix.contra in sua.q.dominicali, que incipit, Quidam iuuenis.Hostien.tamen tenet cum gl.Spe.in Spec. de sta.mo.ver.xxxix.vbi format hanc questionem, videtur applaudere Bar.Brix.cuius opi.sequitur Ioan.And.in expressa professione.¶†Querit sequens gl.quod est officiũ exhortationis.Du,

id est, predicationis, cuius finis est exhortatio eleemosynarum. j. de hereti. vt officium. lib. vi. ¶ Glos. super ver. reducas. opp. quod non sunt reducendi in eandem sententiam suspensionis: quia ipso iure non valet absolutio facta per non habentes potestatem. Sol. Dicit gl. reducas, id est, reductos ostendas: hoc est, sicut de facto fuerunt suspensi, ita de facto declares illos absolutos non esse. ¶ Gloss. super verbo, priuilegij beneficio, colligit notabile in text. 19 collectum, † quod ordinarius potest punire exemptum, cum publice deliquerit. Quod patet: quia hic nuntij istorum priuantur officijs, & beneficijs, & ipsis interdicitur officium exhortationis ab ordinario. s. de heretic. ad abolendam. in fi. Licet dicat glo. quod ille tex. non facit: quia ibi hoc faciunt illi authoritate delegata. Eadem gloss. ibi: sed contra antequam cum gloss. procedam, aduerte quod iste episcopus exercuit iurisdictionem, primo in ecclesia istorum fratrum: & forte hoc ideo, quia illa ecclesia fuerat ab episcopo donata: & sic forte non erat pleno iure exempta, sed exercuit iurisdictionem puniendo istos exemptos. Sed huic obuiant contraria gloss. Joan. oppo. quod exemptus delinquens non puniatur ab ordinario. xvi. q. j. frater noster. de supplen. neglig. prela. sicut nobis. j. eo. cum capella. Secundo probat glo. quod si tales possent puniri, sicut & alij, inutile esset eorum priuilegium: & sic nihil valeret, contra id de ver. signi. abbate. Tertio probat glo. proconsul maior omnibus post principem non intromittit se de causis fiscalibus. ff. de offi. proconsu. l. nec quicquam. §. primo. ergo nec multo minus episcopus de causis exemptis. ¶ In contrarium gloss. allegat primo quod exemptus delinquens possit puniri, vbi deliquerit ab ordinario. Nam delinquens alias non subiectus ratione delicti subijcitur foro. xvi. q. iij. placuit. ergo exemptus subijcitur iurisdictioni ratione delicti. Confirmat, quia reatus omnem honorem excludit. C. vbi sena. vel cla. l. j. ergo cessante omni exemptione propter reatum punietur. ¶ Tertio confirmat, quia lex dicit, In qua prouincia quis deliquerit, ille hic puniatur, omni priuilegio cessante. in aut. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. ¶ Quarto pretextu priuilegiorum authoritas flagitiorum crescere non debet. C. de priuile. scho. l. j. lib. xij. ¶ Quinto confirmat: quia remissio peccatorum non debet dare licentiam delinquendi. j. q. vij. exigunt. cum si. ¶ Sexto, quia dicit Imperator, Non permittas delinquentes aliquibus vti priuilegijs. In aut. de manda. prin. §. quod si delinquentes. Solu. Dicit glo. quod sunt opi. Vinc. dicit quod ordinarius non potest interdicere istorum ecclesias, quando totam terram subijcit generali interdicto. Fatetur tamen quod si interdicatur tota terra, per hoc non sunt interdicta loca sua, licet ipsi non teneantur seruare interdictum: non quia interdicti. sed ne neruus ecclesie rumpatur. Et sic loquitur de consue. cum inter. de verb. sig. cum in partibus. In leuibus, & minimis causis ordinarij eos non possunt punire, nec eis purgationem indicere. In grauibus delictis, & publice commissis potest eos punire: alias si secus diceret, iam hic esset dare materiam peccandi. Ad hoc allegat hoc cap. & ista fuit opinio Vincen. & Tanc. ¶ Secunda opinio quod nullo modo possunt eos punire, etiam dato quod delinquant in alia terra. Nam papa bene scit templarios vbique esse in terra aliena, quia semper sunt in aliena parochia, & scit quod delinquunt, & tamen dicit quod non puniantur: vt patet per iura. s. alleg. ergo puniri non possunt in aliena terra delinquentes. Probat per legem, que dicit quod licet alij curiales puniantur vbi inueniuntur, milites tamen armate militie non puniuntur, nisi sub magistro militum. C. vbi quis de curiali, vel cohortali. l. ij. Item illustres non puniuntur, nisi sub iudicibus specialiter a principe deputatis. C. vbi sena. vel claris. l. iij. ¶ Tertia est opi. Jo. quod si delinquat quis circa rem non exemptam, vt contrahendo, vel hominem occidendo, puniuntur ab ordinario, vt hic: quia delinquens in rem non exemptam, licet persona sit exempta, non res, in qua delinquitur, & sic subijcitur foro ratione rei, in quam delinquit. de foro compe. c. fi. Si vero delinquit circa rem exemptam, puta male se gerendo in officio, vel alienando res ecclesie, tunc a solo papa punitur: quia in his exemptus est: & sic vbi factum illorum preiudicat alijs non exemptis, ibi bene punit episcopus eos: sed vbi factum illorum non preiudicat, tunc non punit eos episcopus. Alleg. j. eo. cum capella. Et hoc fatetur gl. nisi aliud habeant priuilegia. Inn. distinguit an in loco exempto contrahant, vel delinquant: & puniuntur a solo papa. An extra locum exemptum contrahant, vel delinquant: & puniuntur ab ordinario. Idem si conueniantur ratione rei non exempte: quia tunc accumulatur forus, & cessat priuilegium: vt est casus de priuile. lib. vi. ¶ Tu predicta conclude, si queritur an exempti teneantur ad obseruantiam generalis interdicti. Dic quod sic, non immediate ex viribus sententie, sed ne neruus ecclesiastice disciplinae rumpatur. supra de consuetu. cum inter. Si queritur an ligentur sententia, vel pena speciali: tunc considera exemptionis modum: quia si concernit personam, vt quia eximit personam non respectu certi loci: & tunc vbilibet iste delinquat, non punitur a suo diocesano: quia alias priuilegium semper esset inutile. Ad hoc. l. iij. C. vbi sena. vel claris. & c. j. j. e. lib. vi. Si vero concedatur priuilegium persone respectu certi loci: tunc serua distinctionem gl. hic in fi. positam: quia si delinquat in loco illo tantum, ita quod effectus delicti non se extendat extra locum, non punitur a diocesano. Si vero extendit se extra locum, punitur: vt hic, & s. eod. patentibus. Nam hic isti mittebant extra locum exemptum ad orationes faciendas: & sic effectus delicti extendebat se extra locum: ideo puniuntur a diocesano. Si vero ex toto delictum est commissum extra locum, indubitanter a diocesano puniuntur: vt. d. c. j. j. 20 eod. lib. vi. ¶ † Ex his habetis quid operentur priuilegia capellanis Pape, vel alijs cruciferis: & indubitanter iste exceptiones non sunt bone: quia multa delicta remanent impunita: sed meum non est prouidere: prouideat vicarius Dei, cuius est: & ideo isti religiosi mendicantes nunquam seruant aliquid parochianis, vel diocesanis de eo, quod debent: & tot sunt capellani, quod si essent mille capelle, ipsi essent sufficientes ad seruiendum: & quotidie delinquunt, & non potest de facili haberi recursus ad papam. Ant. de But.

1 ☞ Priuilegium si perditur, de cuius tenore constat per testes, innouatur secundum dicta testium.
2 Ad priuilegij innouationem impediendam quis admittatur.
3 Instrumenti tenor probari potest per testes, & per registrum. 16. 21.
Registra qualem faciant fidem.
4 Ad instrumenti perditi probationem per testes fiendam que requirantur. 16. 21.
Testes super instrumenti deperditi innouatione qualiter deponere debeant, ad validitatem innouationis. nu. 21.
5 Testes quando publicantur non in forma iudicij, attestationibus publicatis, super directo contrario articulo possunt illi induci.
6 In testium examinatione paritas est inter partes obseruanda.
7 Testes non iurati licet non plene probent, coadiuuant tamen alias probationes, maxime quando sunt graues persone. 18.
Assertiones testium grauium personarum coadiuuant alias probationes, licet tales assertiones non sint iurate.
8 Priuilegia exemptionis que verba inducant.
9 Negatiua coarctata ad iussionem certi instrumenti immediate, et directe videtur posse probari.
10 Absolutio licet immediate non inducatur propter superioris communionem, presumitur tamen nullitas excommunicationis, vel absolutio. 14.
Communio superioris presumit nullitatem excommunicationis.
11 Iudex & testis esse potest papa in eadem causa, licet diuersa instantia.
12 Iudex de his, que ipse proprio oculo vidit, potest iudicare, etiam in alia instantia coram se ipso.
13 Notarius potest attestari de fide instrumenti, & tenore, si conficiat instrumentum, quod videtur talis & talis tenoris, & presentibus testibus rogatis, qui dixerunt se hoc vidisse.
15 Excommunicatum vbi papa vitat, qui vere excommunicatus non est, an alij cum eo communicantes incurrant minorem.
16 Contractum nunquid probare sufficiat per testes, in quo scriptura consideratur testibus dicentibus quod scriptura inde fuerit confecta.
17 Rescripta exemptionis non debent facere mentionem de dioces. 19.
20 Sententia lata a non suo iudice an dicatur nulla.
21 Libellus super probatione instrumenti perditi fienda quid continere debeat.
22 Delegatus an possit admitti ad probandum per testes tenorem rescripti deperditi, sine delegationis. nu. 26.
23 Solam instrumenti amissionem quo casu probare sufficiat absque alijs adminiculis.
24 Instrumentum in iudicio productum, quod postea perditum fuit, an possit argui de falso.
25 Instrumenti perditio qualiter probetur.
26 Rescripta ad delegatos destinata, et perdita, an possint probari per testes.

1 Cum olim. † Si priuilegium perditur, de cuius veritate, & tenore constat per testes, secundum dicta testium innouatur. hoc dicit. In prima processus narratio. In secunda diffinitio, ibi: nos vero. Hec est bona decre. & quotidie allegatur: ideo notabitis ipsam 2 bene, & eius materiam. ¶ † Nota primo quod contra petitionem innouationis priuilegij admittitur is, cuius verisimiliter interest: & innouationem impedit, donec aliter de causa cognoscatur. Ad hoc s. de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. Similiter & missio in possessionem per contradictionem impeditur, nisi precedat cause cogni3tio. Ad hoc. j. de verb. signifi. dilecto. ¶ † Nota quod tenor instrumenti potest probari per testes, etiam si de eius substantia sit scriptura: tamen hoc melius probaretur per registrum, si registratum fuisset: vt. s. de restitu. in integ. cum ex literis. & de prescript. ad audientiam. de quo de conuer. coniug. dudum. Item quod testes debent esse

20 Excommunicato an liceat diuina audire extra ecclesiam.
21 Viaticum quare permittitur peregrinis, ꝛ cruce signatis.
22 Penitentia an possit indici euntibus ad bellum iustum tempore interdicti.
23 Interdictum an sit relaxandum, si aliqui de ciuitate interdicta parati sunt satisfacere.

1 Quod in te. † Tempore generalis interdicti conceditur penitentia, viaticum morientibus: clerici, qui seruauerunt interdictum, possunt cum silentio in cemeterio sepeliri. In cōuentualibus ecclesiis clerici bini ꝛ bini possunt dicere horas suas: cruce signatis, ꝛ peregrinis eo tempore concedi potest penitentia. hoc dicit. Partes patent. Secunda ibi: licet. Tertia ibi: in conuentuali-
2 bus. ¶ † Nota primo quod appellatione penitentie includitur viaticum, non tamen semper, iuxta no. in cap. si. de senten. excom. lib. vj.
3 ¶ † Nota quod interdictum priuat vnctione, et ecclesiastica sepultu-
4 ra. ¶ † Tertio nota quod clerici seruantes interdictum possunt taci-
5 te sepeliri in loco interdicto. ¶ † Quarto nota quod in conuentualibus possunt dicere horas tēpore interdicti bini ꝛ bini. De hoc dic
6 vt in c. si. de senten. excom. lib. vj. ¶ † Quinto nota quod vox dicitur submissa, quando auditus eius se non extendit, vel propaga-
7 tur ad locum publicum prohibitum. ¶ † Sexto nota quod regulares omnes ex priuilegio habēt vt celebrare possint ianuis clausis, ꝛ submissa voce: ꝛ sic habent maius priuilegium aliis, quia celebrare possunt. Alij autem conuentuales solum horas dicere. Hoc olim procedebat: hodie tene quod habetur in cap. fin. de senten. ex-
8 com. lib. vj. ¶ † Septimo nota quod penitentia non negatur recipientibus signum crucis, ꝛ peregrinis. Et sic habes hic triplex genus personarum priuilegiatarum. ¶ Primo, clericorum omniū quo ad sepulturam. ¶ Secundo, clericorum cōuentualium quo ad horas. ¶ Tertio, regularium quo ad potestatē celebrandi. ¶ Quarto, cruce signatorum quo ad penitentiam. ¶ Vltimo, morientium
9 quo ad viaticum, ꝛ peregrinis. ¶ † Oppo. contra primam partem quod sanis concedatur. de senten. excom. c. ā. lib. vj. Solu. hodie hoc est correctum, et seruandum quod ibi, scilicet quo ad peni-
10 tentiam tantum, non quo ad viaticum: vt ibi no. ¶ † Quero quid si non potest habere hostiam sacratam ille, qui viaticum sumit, an potest communicare cum pane. Dicit Inno. quod non: sed hoc casu credat, ꝛ hoc est pro manducatione, iuxta illud, Crede, ꝛ manducasti. de conse. distin. ij. vt quid paras. Credo quod Innocen. velit dicere quod sacerdos non debet hostiam non consecratam tradere vt cōsecratam, sed debet inducere volentem communionem sumere, ad credendum quod in hostia possit verum corpus Christi confici, ꝛ quod illud est verum sacramentum ecclesie. Nam hoc suf-
11 ficit: ꝛ perinde erit, ac si vere sumpsisset. ¶ † Quero an peccet sacerdos existens in peccato tribuens alicui corpus Christi in necessitate. Dicit Innocen. quod non: vel si aliter causa reuerentie illud tangit, vt si leuet ipsum in terra iacens. An pregnantibus partui appropinquantibus dari possit viaticum tempore generalis interdicti, sicut decedentibus: dicit Joan. Andr. quod de hoc sepe vidit dubitari: sed per istum text. videtur dicendum quod nisi aliud periculum immineat, sit abstinendum: quia non dicitur, decedentes: vt requirit hec decreta. et decre. permittimus. j. titu. progi. De absolutione ab excommunicatione, an possit fieri tempore interdicti: vide. s̄. de offic. ordina. pastoralis. super glos. quo
12 casu. ¶ † Quid de matrimonio, ꝛ ordine, an illa permittātur tem-
13 pore interdicti: vide de spons. non est nobis. ¶ † Quero an clerici possint habere tempore interdicti sacram vnctionem. Dic quod non: quia non priuilegiantur in hoc, sed super sepultura: quod
14 multi non aduertunt. ¶ † Quero quare plus negatur sacra vnctio, quam viaticum. Dic quod in ipsa vnctione, ꝛ non prius, peruenit ad sacrandum: sed corpus Christi ante dationem verum corpus erat. Item vt in facto patet, longe maior participatio per orationes ꝛ vnctiones fit in extrema vnctione, quam in datione viatici. An clerici non culpabiles sepeliantur in cemeterio interdicto. Joan. Andre. quod non. Et quod hic dicitur, procedit in generali interdicto, ꝛ non in speciali, dummodo cemeterium sit interdictum. de quo de senten. excommu. si ciuitas. in si. libro sexto. ꝛ de except. c. fina. secundum. Innocen. Quid de interim mortuis in loco interdicto. Dic quod si apparuerunt signa contritionis, ꝛ penitentie in morte, relaxato interdicto demum poterit in cemeterio sepeliri. de sen. ex. c. a nobis. ij. ¶ Quero de ratione, quare pulsatio campanarum prohibetur tempore interdicti. Dic, quia pulsatio campanarum est signum horarum, ꝛ diuinorum officiorum. de offi. custo. c. j. ꝛ. ij. ꝛ per illas vocatur populus ad diuina. de homicid. c. Joannes sublato signo principali, deficit ꝛ signum accessorium. de
15 senten. excommu. c. vlti. libro sexto. ¶ † Quero an in capella liceat rectori cum socio dicere horas submissa voce. Hostien. quod non, per hunc text. ibi. In conuentualibus. De quo dic hodie vt in c. fina. §. adiicimus. de senten. excom. libro sexto. vbi determinat con-
16 trarium in Nouella. ¶ † Quero an sit differentia inter regulares, ꝛ seculares tempore interdicti. Dic quod sic: quia regulares possunt celebrare conuentualiter: quod illi non possunt: ꝛ possunt celebrare in sepulturis, ꝛ aliis horis, cum dicatur hic, horas canonicas: per quod patet quod loquitur de aliis officiis, non mortuorū tantum. An clerici possent interesse diuinis in extraneis ecclesiis. Dicit Pe. quod non: quia solum sunt priuilegiati in sepultura super laicos. Hec opi. non procedit hodie: vt no. per Joan. Andr. in c. vltimo. de senten. excommuni. libro sexto. in Nouella. ¶ Quero de qua peregrinatione loquitur: Dic quod loquitur de alia peregrinatio-
17 ne, quam vltra mare: alias superflueret per primum. ¶ † Venio ad glo. Oppo. glo. j. quod etiam aliud sacramentum permittatur tempore interdicti. de quo de spon. non est. Solu. Duo sacramenta excipiuntur de generali interdicto, baptismus paruulorum, ꝛ penitentia, in qua includitur viaticum. Addit Joann. Andre. quod confirmatio in fronte. de senten. excom. responsio. libro. vj. Dicitur autem viaticū a via: quia tales in articulo mortis sunt in via recedendi: vnde dato quod sacramentum non sit necessitatis, est tamen concedendum tempore interdicti. Vel, secundum Hosti. dicitur, quia si digne sumitur, per viam salutis ducit ad vitam. Medici etiā ha-

bent viaticum, q: itinerantes illud deferũt. Habemus etiã altare
18 viaticũ, de quo. s. de priuile. in his. ⁊ ibi dixi. ¶ † Querit gl. an sa-
cramentum eucharistie sit necessitatis. Dicit gl. q̄d nõ, licet detur
tp̄e interdicti. Dicit Jo. An. q̄d contrarium no. de transa. veniẽs.
¶ In. j. gl. q̄d tenet Hos. ⁊ sub dubio forte: ⁊ tu assertiue illũ tene:
vt not. Jo. An. de sacra. nõ iteran. sup rubrica. licet Vinc. dicat q̄d
prius nõ fuerat expressum de viatico, quasi illud nõ sit sacramẽtũ
necessitatis, ⁊ habetur sola fide. de consecr. di. ij. vt quid paras. Sz
non valet ratio: q: idẽ posset dici de baptismo. de cõsecr. di. iiij. ba-
19 ptismi. ¶ † Quero an clerici habeãt de iure cõmuni vt possint se-
peliri in ecclesijs interdictis. Sol. Dicit gl. ij. q̄d videtur q̄d nõ, sz
habent ex gratia petere: q: si hoc de gratia eis conceditur, vt hic,
oportet quod gratiam impetrent: q: nemo est exemptus ab illa ge-
neralitate interdicti, nisi qui priuilegio exẽptus est. Vel potest di-
ci quod per istud ius clerici canonicis regularibus in hoc equipa-
20 rentur. Joan. An. remittit ad cle. eo. s. de sepultu. ¶ † Gl. vltima
querit an liceat excommunicato audire diuina extra ecclesiam, et
an liceat secum audire. Gl. dicit quod non: q: non licet interdicto,
21 fortius excommunicato. ¶ † Gl. fina. querit qua de causa peregri-
nis, ⁊ cruce signatis permittitur viaticum. Dicit gl. q: ex necessi-
tate proficiscuntur, ⁊ sunt in via, sicut illi, quibus datur viaticum.
Unde dicit gl. q̄d non habet hoc priuilegium, nisi sit in via. Quod
non placet Inno. ⁊ Hosti. propter verbum, cum postulauerunt: q:
ex quo cruce signatus est, habet priuilegium penitẽtie, dummodo
non sit in mora: de alijs peregrinis sit vera gl. Sed hodie hoc non
curatur, per decre. si. de sen. excom. lib. vj. Tamen in casu illo viuen-
tibus ⁊ sanis non datur viaticum: ⁊ sic appellatione penitentie nõ
22 continetur viaticum. de quo dic vt ibi in glos. † Quid de euntibus
ad iustum bellũ, an eis possit penitentia indici? Dicit glo. quod sic
eadem ratione: q: ibi est iusta causa timoris. Idem si aliqui essent
excommunicati, vt in iusto bello possint absolui, ⁊ a quocũq̄, quã
23 ab excommunicatione. j. tit. proxi. c. de cetero. cum simil. † Quid in
ciuitate interdicta, aliqui volunt satisfacere: an sit relaxandum in-
terdictum? Dicit gl. quod non: q: aliqui sine culpa interdicuntur.
de spon. non est nobis. q: sic rigor ecclesie dissolueretur. s. de priui-
leg. vt priuilegia. Dixit quod si aliqui vellent iurare stare manda-
tis ecclesie, quod essent admittendi. Sed finis iste contradicit: quia
specialiter hoc cõceditur recipientibus crucem, vel peregrinatio-
nem. Inno. dicit quod si principalis vult satisfacere, recipietur sa-
tisfactio, ⁊ relaxabitur interdictum. Si alius, tunc nõ recipietur,
nec per ecclesiã sepelietur: quia eius satisfactio non requiritur, sed
alterius. Ad hoc. j. de senten. excom. si sententiam. §. j. et si. ⁊. §. illis.
in fine. lib. vj. Ant. de Butr.

1 ☞ Confiteri arctatur quilibet doli capax annuatim. 22.
2 Confessio debet esse integra, non autẽ diuisa, vt sit fructuosa. 52.
3 Ad confessionem non possunt plures simul recipi. 21.
4 Confessio est proprio sacerdoti fienda, ⁊ non alteri.
5 Eucharistiam quilibet semel in anno recipere debet.
6 A sacramento corporis Christi ex cã iusta potest quis abstinere.
7 Confessio facta alieno sacerdoti, vt teneat, duo exiguntur.
8 Ligare, ⁊ soluere, procedunt a pari in causa efficienti.
9 In confessione audienda que exigantur in sacerdote. 11.
10 Infirmitas anime sanatur ad instar infirmitatis corporalis. 12.
13 Confessio non debet manifestari propter infamiã peccantis. 15. 16.
14 In penitentia iniungenda, si sacerdos sit imperitus, debet consu-
lere superiorem.
16 Mortuus quo casu punitur pro delicto in vita commisso.
17 Confiteri quoties in anno arctentur religiosi.
18 Cõfiteri semel in anno, ⁊ corpus Christi recipere, an teneat papa.
19 Hermaphroditus an cõprehendatur sub precepto, per quod con-
fiteri quilibet arctatur semel in anno.
20 Confiteri peccata aliena quando quis arctetur.
21 Confessio penitentialis non debet per sacerdotem reuelari.
23 De peccato, quantumcunq̄ occulto, nullus debet gloriari.
24 Confessio penitentialis an possit per nuntium fieri.
25 Confessor proprius, vel sacerdos quis dicatur.
26 Cura quid significat.
27 Penitens an compellatur ad penitentiam sibi iniunctam.
28 Penitentiam an possit quis implere per alium.
29 Communicare an compellatur suspectus, qui non communicat
omni anno.
30 Ad confessionem ⁊ communionem quare quilibet saltim in anno
semel compellatur.
31 Annus discretionis quis dicatur.
32 Etas, seu discretio, tres habet gradus. 31.
33 Confessio quare esse non debeat diuisa, sed integra.
34 Confiteri an debeant peccata venialia.
35 Confiteri alieno sacerdoti ex qua causa legitima possit aliquis.
36 Confiteri quando quis non teneatur proprio sacerdoti.
37 Quis dicatur proprius sacerdos.
38 Ad confitendum quis dicatur proprius sacerdos mercatorum.
39 Ad confessiones audiendas qui sacerdotes sint capaces.
40 Ad confessionem an predicatores possint ex priuilegio recipere
alienos parochianos.
41 Confitendi alteri sacerdoti, si proprius sacerdos deneget licẽtiam
quomodo consulatur petenti.
42 Ad cõfessiones audiẽdas in quo esse debeat cautus sacerdos. 44.
43 Vinum ⁊ oleum quid significent in actu sacramentali.
45 In testem an possit produci sacerdos, qui confessionem audiuit.
46 Confessionem potest reuelare sacerdos, vbi confitens, ⁊c.
47 Si confiteatur aliquis laico in penitentia, an possit laicus in testẽ
quo ad confessa produci.
48 Confessionem factam laico in causa necessitatis an possit talis re-
cipiens laicus reuelare.
49 Si subditus scit certum episcopum esse de peccato suo, ⁊ venit ad
ipsum peccata sua confitens, vt ipsius correctionem euadat, quo-
modo consulatur ipsi episcopo.
50 Confessor in quo esse debeat discretus.
51 Penitentialis contritio quanta esse debeat.
53 Contritio an prosit sine confessione.
54 Confessio facta quacunq̄ hora an valeat.
55 Confessionem quomodo probabitur sacerdotem reuelasse.
56 Confessorem si in testem produxerit ipse confitens, et negat sibi in
penitentia reuelatum, an sit ex hoc cõdemnandus ipse producens.

Omnis. Concilium non recipiens breuem sum-
mam. Et habet tres partes principa-
les. Secunda ibi: si quis. Tertia ibi: sacerdos autem.
Primo statuit de confessione, et penitentia semel in an-
no facienda, ⁊ eucharistia recipienda, nisi ex causa omittatur, et de
pena contrafacientium, ⁊ publicatione statuti. Secundo de confes-
sione alieno sacerdoti non facienda. Tertio instruit sacerdotem in
tribus. In circunstantijs inquirendis, varijs penitentijs impo-
nendis, et peccatis occultandis. In vltima penam apponens ibi:
omnia. non tamen originale: quia tale per baptismum indistincte
deletur in infante: in adulto autem per contritionem. de peni. dist.
1 j. tres actiones. ¶ † Nota circa personam efficientem peccatum,
quod omnis indistincte sexus arctatur annuatim ad penitẽtiam,
⁊ confessionem, ⁊ corporis Christi susceptionem. Circa quam nota
duas qualitates requisitas, vt includatur persona, vel submitta-
tur necessitati precepti. Prima, quod sit in etate discreta. Secun-
da, q̄d sit fidelis: de his enim, qui foris sunt, nihil ad nos. ¶ Ter-
2 tio circa materiam peccatorum, que lauantur. ¶ † Nota secundo
quod confessio debet esse integra, vt sit fructuosa: et non debet esse
3 diuisa: dum dicit, omnia. ¶ † Nota tertio modum cõfessionis: quia
debet fieri a solo: vnde plures semel non sunt recipiendi ad confes-
sionem. Idem in testibus ad testificãdum. s. de testi. cum causam. ⁊
debet esse cõfessio cum fide. ¶ Et nota tempus: quia saltem semel
in anno. ¶ Et nota quod hoc est subsidiarium, quod saltem semel
4 in anno: quasi non peccaret, quia pluries confiteretur. ¶ † Quar-
to nota causam patientem in confessione: hoc est, cui facienda est
confessio: scilicet proprio sacerdoti. ¶ Ex quo nota duo: quia de-
bet esse sacerdos inferior: ergo non audit confessionem, nisi in ne-
cessitate. Et debet esse proprius: per quod excluditur alienus: q:
alienus non habet potestatem in subiectum. ¶ Quinto nota re-
quisita post confessionem ad fructum eiusdem, scilicet satisfactio
5 de peccato. ¶ † Et nota quod semel in anno recipiendum est cor-
pus Christi. ¶ Et nota modum recipiendi: quia reuerenter reci-
6 pi debet tantum sacramentum. ¶ † Nota exceptionem a precepto,
quod quis necessitatur omni anno ad recipiendum corpus Chri-
sti, nisi ex aliqua causa abstineat, ⁊ de licentia sacerdotis, ⁊ consilio.
¶ Et nota quod hec abstinentia non debet esse perpetua, sed tem-
poralis. ¶ Et nota penam non suscipientis. ¶ Et nota casum, in
quo etiam pro delicto in vita commisso corpus mortuũ punitur:
licet impropria sit pena ad corpus. ¶ Nota quod ius ligat, eo q̄d
est publicatum. Ad maiorem tamen iuris declarationem quando
pluries debet fieri ex precepto publicatio. Ad idem textus de loc.
7 capit. j. in versicu. si quis autem. ¶ † Nota duo requisita ad hoc vt
quis possit confiteri alieno sacerdoti. Primo requiritur q̄d sub-
sit iusta causa confitendi alteri. Secundo exigitur licentia proprij
sacerdotis. Et nota qualitates circa licentiam: quia licentia debet
esse petita, et obtenta, licet aliquando sufficiat petere licentiam. de
regu. licet. Requiritur etiam quod prius, id est, ante confessionem
sit obtenta, ⁊ modum, ⁊ tempus petẽdi. ¶ Nota causam quare re-
quiritur licentia sacerdotis: quia absoluere, vel ligare non potest
sine licentia sacerdotis. ¶ Et sic nota q̄d sicut forus contentiosus
non exercetur in non subiectum, ita nec iurisdictio fori penitentia-
8 lis. ¶ † Nota q̄d in potentia ligare ⁊ soluere semper procedunt ab
eodem: vt qui possit ligare, possit absoluere: ⁊ sic in causa efficienti.
ad hoc

ad hoc de maio. ⁊ obe. cum inferior. cũ sibi no. de peni. ⁊ i. j. verbum. ¶ † In ver. sacerdotes. Nota qualitatem sacerdotis: qr debet esse 10 discretus, ⁊ cautus, ⁊ peritus medicus. ¶ † Nota qd ad instar infirmitatis corporalis sanatur infirmitas anime: vñ sicut medicamento materiali ⁊ corporali medicatur corpus, ita ⁊ medicamẽto 11 spirituali medicaẽ anima. ¶ † Et nota circa que cõsistat discretio ⁊ cautio iudicis: qr ↄsistit circa qualitates, ⁊ peccati circũstantias inquirẽdas. ¶ Et nota qd ex clara declaratione facti, sup quo pe 12 tatur ↄsiliũ, sanius habetur a perito ↄsiliũ, ⁊ validius. ¶ † Et nota qd sicut medicus corporalis in sanãdo egrotũ debet vti varijs medicamentis, ita ⁊ varia penitentia medicus spiritualis. ¶ In 13 ver. caueat. † Nota qd peccatũ in penitentia ↄfessum dʒ occultũ teneri: qr peccatũ est occultũ. Vñ manifestare nõ dʒ ad infamiã peccantis. ¶ Nota qd arcanũ mentis declaratur quãqꝫ proprio, quãqꝫ improprio organo, ⁊ alio signo destinato ad arcanũ mentis declarandũ: ⁊ vbi querimus ad actũ mentis arcanũ manifestari, nõ re 14 fert an ppᵒ, vel supernaturali organo exterius declareẽ. ¶ † Et nota qꝫ qñ sacerdos est imperitus de peccato, ⁊ medicina peccati, debet superiorem consulere: sed sit cautus quod aliquo modo per 15 sonam nõ manifestet. ¶ † Vltimo nota penã prodentis peccatum in penitentia cõfessum. ¶ Veniamus ad decre. declarationem: legam eã per partes prosequẽdo simul expediendo tex. ⁊ gl. ¶ Primo in prima parte vsqꝫ ad versi. si quis autem alieno sacerdoti, ⁊c.

16 ¶ † Opp. cum gl. que est super verbo, sepultura. vbi dicitur quod cui communicamus viuo, nõ communicamus mortuo: qr licet viuens arceatur, id est, interdicatur per censurã ecclesiasticam ab ecclesia, tamen nõ tollitur ei hominũ communio, sed priuatur ecclesiastica sepultura: ⁊ sic perdit in morte communionẽ hominũ. Gl. rñdet per regulam, a qua facit exceptionem, dicẽs quod illa regula fallit hoc casu. Fallit ⁊ alio. xxiij. q. v. c. placuit. cũ simil. ß. de sta. 17 mona. c. monachi. de tornea. c. j. cum simil. ¶ † Oppo. ⁊ videtur qd pluries quis debeat confiteri in anno, qr singulis sex mensibus, et in prima dominica mensis dʒ communicare. in clemen. ne in agro. de stat. mo. §. sane. Solu. Contrariũ loquitur de monachis: hic de 18 alijs secularibus clericis, ⁊ laicis, ⁊ nõ monachis. ¶ † Veniamus ad. q. primo dicit, Omnis vtriusqꝫ, ⁊c. an in hoc precepto includaẽ papa. Dic qd sic: qr qui omne dicit, nihil excludit. C. mãda. l. a procuratore. Sub dubio Forte, dicit Hostien. de foro compe. significasti. quod mens huius ↄstitutionis ipsum adstringit. Nam peccato est subiectus papa: qr nulla dignitas excludit a peccato: vt not. in cap. magne. de voto. ergo ⁊ iuri tractãti de remissione peccati. Est tñ differentia: qr laicus nõ potest nisi proprio sacerdoti, ⁊ inferior, nisi sit super hoc priuilegiatᵒ. Solus papa, qui nõ hʒ superiorẽ, potest quemcunqꝫ eligere, ⁊ illi se submittere: patet ex no. de foro ↄpe. significasti. Credo quod isto iure nõ ligetur ex necessitate, vt si nõ obseruet, obligetur ad peccatum: sed bene obligatur ex decentia equitatis huius iuris: hoc enim, quod est hic statutum, ⁊ eius equitas generalis, ⁊ indeterminata, fuit ante hoc ius: ipsa autẽ credo quod obligetur, sed non isto iure: nec par potuit legem imponere pari: vt patet in. c. innotuit. de elec. ⁊ in. c. si. de rescrip. lib. vj. Subiectus est enim precepto naturali dominus papa, licet nõ positiuo: nisi dicamus quod positiuum specificans naturale ad naturã po 19 sitiui puto verũ primum. ¶ † Secundo quero quid de hermaphrodito, qui nõ est masculus, vel femina, an includatur in hac dispositione? Dicunt doct. quod idem etiam includitur in materia indifferenti quo ad sexũ: qr cuicunqꝫ sexui applicetur, vel feminino, vel masculino, includitur in verbis dispositionis, et sic in mente: vt. l. quod Labeo. ff. de re. dub. Et ad hoc paritas rationis. Ad hoc de vi. ⁊ ho. cleri. c. j. De hermaphrodito dubitatur circa actᵒ nõ proportionabiles vtriqꝫ sexui, id est, circa illos actus, qui alteri sexui conueniunt: vt patet in. l. queritur. ff. de sta. ho. Ad hoc quod nota. de pact. c. j. lib. vj. super vltima glos. Tamen mihi facit dubium, qr communiter in materia penali, vt est hec, non comprehenduntur sub simplicibus mixta: vt no. in. l. ij. ff. de verb. oblig. ⁊ ibi per Bar. ⁊ in. l. si maritus. §. prescriptione. ff. de adul. Sʒ id limita, nisi odiũ pene sit rationabile, ⁊ naturalitatẽ insequẽs, ⁊ instigans ad finem anime, vt est hic: qr fauorabilis est omnino anime finis, ⁊ preferendus cuiqꝫ corporali pene, vt in cap. seq. vnde potius iudicatur fauorabilis. Ad hoc quod not. doct. in. l. quicunqꝫ. de ser. fugi. vbi in odio rationabili includitur pena in masculis, et feminis quod est plus. ¶ Tertio quero quare hic põderatur quod sit fidelis, ⁊ adstringatur precepto. Dic, qr de infidelibus nil ad ecclesiam intendentibus in finem anime: ⁊ qr infidelis est incapax sacramẽti: cum baptismus sit ianua sacramentorũ. ß. eod. Deus, qui. ⁊ fidelis presumitur quis, eo quod recipit sacramenta. ad hoc quod not. ß. de 20 penis grauem. ¶ † Quarto quero, qr dicit text. qꝫ peccata sua debet reuelare: quod intendat excludere per hoc possessiuũ, sua. Dic quod intendit excludere aliena: non enim debet cõfitens, vt multi faciunt, cõfiteri peccata aliena. de pe. di. j. õnis. Saluo nisi in heresi, vel nisi sua sint in tantum alienis cõnexa, qd sua nõ possit exprimere, vel circunstantias aggrauantes, quin exprimat aliena, si cognouisset consanguineam, vel matrẽ, vel filiã, vel vxore contra naturam, vel aliquod tale commiserit, propter cuius circunstantias, que aggrauant, necesse sit alterius peccatum reuelare, vt in ll. oll. qui remittit ad Summam, eod. titu. §. qualiter. ⁊ sub. §. discreta. ⁊ §. in 21 quo timetur. versi. caueat autem. ⁊ seq. ¶ † Quinto quero quid intendat excludere per illud Solus. Dic qd pessimam cõsuetudinẽ, que habet qd plures simul ad penitentiã accedebant. de peni. dist. j. õuis. ⁊ hoc sit vt liberius cõfiteantur. ad hoc de elec. qr propter. de testi. c. ij. Et procedit hoc etiam in delictis manifestis: qr licet p 22 illis penitentia debeat esse manifesta. ß. eo. tit. c. j. Non tamẽ ex necessitate est facienda manifesta illorũ confessio: tamẽ si hoc vult penitens, facere poterit. Idem etiam in occultis. de diuor. ex literis vt de multa peregrinatione, quãdoqꝫ ex peregrinorũ multitudine. Et hec est differentia inter penitentialem cõfessionẽ, et iudicialem: qr iudicialem confessionem bene tenetur quis facere in publico in manifestis peccatis. de accusa. si confiteterit. De occulto vero qꝫ nõ debet gloriari, vel se prodere. de excess. prela. quã sit graue. maxi 23 me clericus, vt ibi. ¶ † Sexto quero quid intẽdit litera ibi: saltem semel. Dic qd intẽdit, ex quo homo sepius cadit, ideo sepius esset confitendũ. de pen. dist. iij. septies. ⁊ c. seq. Si tñ illud nõ faciat, ad minus hoc facere debet semel in anno. Quod est verũ, scdm Inno. de his, qui postqꝫ penitentiam egerunt, ⁊ nõ peccauerũt mortaliter: quibus consulitur qd licet nõ sint in peccato, tamen semel confiteantur in anno: qr non debent se nimis assecurare. v. distinct. ad eius vero. Vel loquitur de peccantibus, qui ad minus in anno semel debent confiteri: non tamen per hoc prohibentur quin statim post peccatum confiteri debeant, si copiã sacerdotum habere possunt: qr nunqꝫ absoluetur a Deo peccator, qui se ligauit, a peccato, nisi absoluatur a presbytero, iuxta illud, Quodcũqꝫ ligaueris. Alij dicunt quod potest differre. Primum dicit Innoc. securius.

24 ¶ † Septimo quero an quis possit cõfiteri per nuntium. Dic qd non. de peni. dist. j. quem penitet. nec per scripturam, nisi sub sit cã, vt qr sit surdus, vel mutus, vel alterius lingue, vel sit eger, qd sine periculo nõ potest loqui, confitebitur per scripturam, vel per aliũ.

25 ¶ † Octauo quero quis dicatur proprius confessor, vel sacerdos. Dic quod est curatus, scilicet cui cura sue ecclesie parochialis est commissa: siue sit rector, siue vicarius, et sit proprius, et immediatus: isto casu appellatur parochialis papa, ⁊ episcopus, secũdum Ioan. An. ad hoc quod ipse not. de offi. archi. ca. iij. ¶ Nono que 26 ro sin. Vo. † quid sit cura. Dic quod cura nihil aliud est, quam onerosa. ⁊ solicita custodia animarũ commissa alicui: vt curet ne pereant, sed saluẽtur que cõpetit ex. l. vel cõmissione canonica, Aut cõsuetudine, seu pscriptiõe p sedem apostolicam non improbata. Hec diffinitio colligitur ex diuersis iuribus. Nã hoc qd dicitur cura est onerosa, ⁊ solicita custodia animarũ colligitur ex eo, qd no. de ela. ⁊ quali. c. intelleximus. §. si. ⁊ de homici. pro humani. §. j. lib. vj. de offi. archi. c. j. ⁊ de offi. archipresby. c. si. de offic. primi. c. vno. viij. q. j. qui episcopatum. ⁊ patet in sequenti expositione. Deinde subiungitur, commissa alicui ne pereãt. s. instruendo sibi commissos in fide: ⁊ vt fugatis vitijs mundanis, virtutibus, ⁊ bonis operibᵒ se exerceãt. x. q. i. placuit. ⁊ not. de vi. ⁊ honesta. clerico. vt quis presbyter. ⁊ eod. titu. c. Deus, qui. Ex quo sequitur quod si male, vel negligenter curet, obligatur Deo. Iusti. de inuti. stipu. §. si quis alium. cum de iure teneatur reddere rationem. de offi. ordi. irrefragabili. §. responso. de sta. monacho. c. cum ad monasterium. §. abbas. Debet etiam visitando curare, corrigẽdo, puniẽdo, sacramẽta ecclie exhibẽdo. ß. de elec. ondũ. §. tandẽ. ⁊ in hoc. c. si sacerdos. Caueat ergo qꝫ semp hãc obligationem pre oculis habeat, ne reperiatur negligẽs, dormiẽs, vel dormitans. Vñ. Psal. Non dormitabit, neqꝫ dormiet, qui custodit Israel. Ad qd vide no. gl. dist. sit rector. ⁊ c. Ephesis. ⁊c. Itẽ nec omittat brachiũ seculare inuocare, esto qd peccatores sine sanguinis effusione nequeant coarctari: vt. ß. de homi. c. postulasti. Postea subiungitur, que cõpetit ex lege. s. scripta, siue iure cõmuni. In episcopis ptʒ. ß. de offi. or. conquerente. In alijs prelatis, qui p electionẽ creãtur, ⁊ etiam rectoribus ecclesiarum, ex quo sunt authoritate sui iudicis instituti: vt. ß. de offi. or. sacerdos. ⁊ c. cum ab ecclesiarũ. ⁊ c. ad reprimendã. ⁊. j. ti. j. nuper. §. ij. ⁊. §. si. ⁊ habeẽ in Summa, eo. ti. §. cui ↄfitendum sit. j. responso. ⁊ de sen. exc. quis possit excommunicari. §. si. qui incipit, nedum autem. Et notãdum est hic qꝫ hec cura extẽdiẽ ad omnes habitãtes intra limites pdictorum: qua ratione ⁊ prouentus spirituales exinde puenientes percipiũt in vsus necessarios ↄuertendum: vt. ß. de his, que si. a prelat. c. pastoralis. ⁊ de parochi. super eo. nisi in aliquibᵒ obstet consuetudo: vt. ß. de deci. cũ sint homines. ⁊ c. ad apostolice. Hi aũt limites quantum ad parochianos extẽdi possunt p dispositione epõrum ex causa, ⁊ restringi, iuxta no. de exce. pla. sicut vnire. ⁊ de eccle. edi. ad audiẽtiã. Imo ⁊ predictus episcopus de hac cura tenetur reddere rationẽ, iuxta no. de priui. c. iij. §. in ecclesijs. ⁊ de preb. c. in Lateranẽ. Deinde subiungitur, Vel commissione canonica. siue ab episcopo gñaliter. vel

specialiter facta: sicut in archidiacono. de offi. archi. c. j. ⁊ archipresbytero. s. de offi. archipres. c. fi. ⁊ i officiali suo. d insti. c. iij. ⁊ d app. Romana. j. rn̄. lib. vj. ⁊ in vicarijs ecclesiaꝝ perpetuis. s. de offi. vica. c. ad hec. Et etiā ex cā ad tēpus ꝯstitutis. s. de app. peruenit. de officio ordi. cū nos. Uel a papa per priuilegiū generale, vel speciale. xxij. di. c. j. ⁊ xxv. di. c. j. ⁊ s. de offic. dele. qm̄ abbas. Uel p cōpositionē ex certa sciētia ꝯfirmatā. s. de transact. veniēs. Item dicitur cōsuetudine, vel prescriptione. Nam metropolitani in sua, ⁊ etiam in aliena prouincia, ⁊ episcopi in alienis diocesibꝰ, abbates, archidiaconi, ⁊ similes iura episcopalia, ⁊ parochialē ecclesiam curā ad hoc pertinentia, inquantum ista possunt in eos cadere per consuetudinem, aut prescriptionē acquirunt: vt not. de elect. dudum. ij. §. tandē. ⁊ s. de offi. ordi. qūto. ⁊ c. duo simul. de for. compe. licet. ⁊ c. cū cōtingat. Licet aliqui ꝯtra per. c. illud. xciij. dist. ⁊ p. c. j. xj. q. ij. ⁊ ix. q. iij. antiquis regulis. Sed istis iuribus respōdetur per vltimam particulā diffinitionis. De prescriptione, no. s. de prescrip. ex trāsmissa. ⁊ c. auditis. ⁊ de relig. do. cōstitutis. Ultimo dicitur, per sedē apostolicam non improbata: quia consuetudo non proficit, nisi sit prescripta, ⁊ rationabilis. de consue. c. fi. Irrationabilis autē inducitur per sedem apostolicam, quando per eā legitime cōfunditur. s. de deci. cū sint homines. in fi. vel exinde alij graue preiudiciū pateretur: arg. s. de deci. suggestum. de maio. ⁊ obe. cum inferior. de cōsti. cum olim. Itē ⁊ quantum ad personā priuatam reprobatur, vt nec curam acquirat ex consuetudine, vel sibi eligat cōfessorē, iuxta no. eo. tit. in Summa. §. cui cōfitendū sit sub. §. cū Imperator. j. respon. Plus dicēdū est qd in prescriptione predicta requirit titulus, ⁊ bona fides: alioquin dicitur per sedē apostolicam reprobata: iuxta no. in. c. dudū. de deci. ⁊ de prescrip. si diligenti. ⁊ de offic. ordi. cōquerente. ⁊ de ma. ⁊ obe. c. inter quatuor. ⁊ in. c. j. de prescri. lib. vj.

27 ¶ † Decimo quero an ad penitentiā sibi iniūctā a sacerdote compellatur penitens, posito qd negligenter omiserit adimplere. Dicunt doct. quod sit necessaria ecclesiastica cēsura: vt patet de spon. ad audientiā. ⁊ tandē compelletur per brachiū seculare. Et hoc est verum in peccato publico: secus in occulto. vj. q. j. si omnia. et de simo. sicut nobis. Tn̄ vltra posse non tenetur illam implere: vt pro-

28 bat tex. ibi: ꝓprijs viribꝰ. ¶ † Undecimo quero, an penitētiā possit quis implere p aliū. Dic qd sic, si p aliū est implebilis: alias nō. Ad hoc. lxxxij. di. presbyter. ⁊ qd no. gl. s. d voto. c. iij. fm̄ Uin. Qd dictū puto verū, qn̄ ipse, cui penitētia est iniūcta, nō vꝫ penitentiā adimplere ꝓpter aliqd impedimētū superueniēs: alias secus, per istū tex. qui dicit, ꝓprijs viribus. ⁊ no. Inn. s. c. licet. sup gl. iij. Tn̄ dictū Uin. posset intelligi in penitētia nō afficiēte personam, sicut esset, dare eleemosynā, pecuniā expēdere in redēptionē captiuorū. Nā in hoc nō videt referre an per se, vel per aliū faciat: qꝛ effectum suū cōsequitur. Adimpleat ergo penitentiā sibi iniūctā, siue consistat in orationibꝰ, seu eleemosynis, siue pecunijs, siue ieiunijs, siue vigilijs, vel alr quōcūq. Sꝫ vbi penitētia afficit personā, siue esset penitētia ieiunij, vel peregrinationis, vel alia afficiens personā, dicendū vr̄ qd ibi iusta cā nō subsistente per aliū nō possit adimpleri: cū in hoc ꝯfessor ipsius videat personā elegisse, vt per penitētiā

29 retrahat magis a peccato. ad hoc no. i preall. c. p̄sbyter. ¶ † Duodecimo quero an suspectꝰ, qui non cōicat omni anno, cōpellat cōicare. Ad hoc no. xxx. di. c. fi. vbi gl. allegat p̄mo qd nō: qꝛ tale sacramentū nō recipit sine peccato, si recipiēs est peccator. F in alr ꝯcludit qd ad hoc p̄t cogi vt faciat se dignū. 50. di. vt peniteat. ⁊ de ꝯse.

30 di. ij. si qs intra. ¶ † Ultimo quero, l quo sit salutare hoc statutū? Dic, qꝛ inductū ob salutē animarū. Ad hoc tex. hic, in ver. vū hoc

31 salutare. ¶ † Cū gl. j. quero qs dicat annus discretionis. Dicit gl. qd eo qd est doli capax: qꝛ tūc pōt peccare. s. de delic. pue. pueris. ⁊

32 C. si aduersus delic. l. j. ¶ † Eadē gl. opp. de. c. cos. 50. di. ⁊ C. d fal. mone. l. j. Gl. nō soluit. Dic qd ibi loquit de infantibus, quoꝝ etas qdē ignorat: ⁊ sic de nō doli capace, fm̄ Pau. Hosti. dicit qd etas, siue discretio habet tres gradus. Primus est quo ad cōfessionē. ⁊ gl. optime dicit. Secundus est quo ad votū, vel matrimoniū puberis: ⁊ serua qd dicitur de reg. c. j. lib. vj. de spon. tue. de despō. impube. c. ij. Tertius est quo ad maiorē. xxv. annis. ⁊ hoc quo ad administranda bona pro velle, desponsando, vel cōtrahendo. de proba.

33 in presentia. ¶ † Quero cum gl. ij. quare exigitur qd omnia confiteatur. Dic, qꝛ alias non esset fructuosa penitentia, vt dictum est. s. eo. qd quidā. vbi de hoc sentit gl. qd tunc erit fructuosa penitentia, quando peccatum, quod celauit, est ꝯfessus, ⁊ de illo satisfaciet: ⁊ sic videtur quod non habeat necesse alia confiteri. Alij contra, qꝛ ex quo primo celauit, habet necesse illa iterare, ⁊ prima tantum cōfiteri. de quo de peni. dist. j. §. non ita. ⁊ plenius per Hosti. in Sum. eod. tit. §. an peccata. vers. quamuis. ibi in. §. non ita. ¶ Glo. tenet

34 peccata omnia iteranda: ⁊ hoc est tutius. ¶ † Cū ea. gl. quero quid de venialibus, an illa remittantur, et necessario debeant confiteri. Potes dicere quod ad absolutionem consequendam requiratur reiteratio: quo autem ad penitentiam de nouo imponendā nō requiritur reiteratio. Et ratio, qꝛ prima cōfessio respectu absolutionis nullū potuit operari effectū, iuxta not. s. e. qd quidā. ⁊c. Gl. dicit qd nō: qꝛ talia remittuntur per aquā benedictā. de pen. di. iij. de quotidianis. tn̄ si recolit, confiteat illa. Tolluntur ⁊ alijs modis, q notatur in salutatione Sexti. Nā tolluntur per benedictionē prelati. de voto. c. susceptā. j. q. j. deinde. ⁊ c. maledicā. Tolluntur p generalē cōfessionē, ⁊ orationē dominicā. de pen. dist. iij. de quotidianis. Per eleemosynā, ⁊ ieiunia. de pe. di. iij. sane cauendū. Per eucharistiā. de voto susceptū. de cōse. di. ij. cū omne. Per vnctionem extremā. de sac. vnc. c. vno. Per deuotā pectoris tunsionē. de peni. dist. j. tres sunt actiones. Limitat tn̄ Host. in predicta salutatione, qn̄ cessat mortale: qꝛ veniale nō pōt remitti sine mortali, ⁊ mortale pōt remitti sine veniali: qꝛ mortale opponit charitati, veniale feruori charitatis: sublato priori, tollitur posterius, sed nō ecōuerso. ¶ Ultimate doc. ꝯsentiūt gl. qd tutiꝰ est, si de eis recordat, ꝙ cōfiteat, precipue si sunt inueterata, ⁊ in ꝯsuetudinē deducta. xxxv. di. criminis. de iureiur. ⁊ si Christus. ad fi. ad hoc de pe. di. j. tres sunt actiones. ⁊ de hac dr̄, Iurasti grādia, caue ne obruaris arena. Nec interest an nauis vno ꝯflictu cooperiatur aqua, an ipsa paulatim subintret, ⁊ submergat. de pe. dist. j. tres sunt actiones. ¶ Ueniamus ad ver. si qs aūt. vbi dr̄ qd ex cā qs pōt confiteri alieno sacer-

35 doti. ¶ † Quero igit, q̄ ē legitima cā, vt qs possit ꝯfiteri alieno sacerdoti. Dicūt doc. puta, qꝛ ꝓpriꝰ sacerdos est particeps delicti. j. tit. j. si cōcubine. de testi. veniēs. Tn̄ ꝯtra hoc facit qd no. Io. An. scdm̄ Uin. de ordi. ab epi. c. j. vbi dicit qd etiā a sacerdote, cuiꝰ mādato delictū cōmisi, possum penitētiā sumere. Sol. Pōt, si vult, si ad hoc nō necessitatur: vt hic dicūt doct. vel qꝛ latēs odiū est inter eos, vel parentes eorū: vel qꝛ proprius sacerdos est nimis simplex.

36 ¶ † Scdo quero quid si nō inuenit aliū, cui cōfiteatur, quā ꝓpriū, quē ex iusta causa recusat. Dicit Inn. si iustā causam hꝫ, quare timet, vt qꝛ ex cōfessione sua posset piculū imminere, ⁊ graue peccatum, seu scandalū generari, eligat mori sine confessione, ⁊ confiteat Deo soli: vel cōfiteatur illi in genere, ⁊ circūstantijs, ex qbꝰ nō timet piculū: periculosas taceat. Deus enim sic ordinat opera sua, qd nō vult esse causa mali, vel qd aliquod malū possit ex eis prouenire, fm̄ Inn. ⁊ Hosti. alr̄s fm̄ Hosti. cōfiteat cum poterit: arg. j. c. in fi. ⁊ qd no. de offi. ord. pastoralis. Dicit aūt Inn. ꝙ propter solā indiscretionē sacerdotis non dimittat, quin sibi cōfiteatur. Quod intelligit Hosti. qn̄ id bn̄ potest in sua conscientia inuenire, vel ad

37 illā informare. Uide circa hoc qd no. de pe. dist. iij. c. fi. ¶ † Quero tertio quis dicatur proprius sacerdos, q possit dare licentiā. Dic qd parochialis, episcopus, ⁊ oēs hi proprij dicunt. Item papa. de offi. arch. c. iij. ⁊ qꝛ omnes isti sunt immediati, vt ibi: non sufficit ergo alterius horū licentia, vt quis cōfiteatur alieno sacerdoti: arg. j. c. j. j. rn̄so. ⁊ s. de here. c. excōicamus. §. qꝛ vero. Idē in legatis sedis apostolice, ⁊ ipsoꝝ penitentiarijs. de offi. lega. c. j. Idē videtur de generali vicario epi: arg. ff. de iudi. l. cū p̄tor. de offi. ordi. inter cetera. Debet tn̄, vbi hꝫ licentiā ab alio, quā a ꝓprio sacerdote, proprio presbytero de hoc facere fidē: vel posset nō cōfitēti sibi, vel de sui licentia supradictā penā infligere: vel daretur via figmētis. de maior. q̄to. Et sic redderetur delusoriū hoc consiliū. Plus dt Hostien. qd q̄uis ex generali licentia data sacerdoti ꝯfiteat qs citra sui parochiani licentiā, huic tn̄ statuto nō derogatur quo ad ꝯfessionem semel in anno proprio sacerdoti faciendā, imo requirenda est illius licentia: nisi exprimatur qd sine eius licētia. Per hoc soluitur questio ꝙ si aliquis est p̄uilegiatꝰ a papa vt possit cui vult, an teneatur requirere licentiā sui sacerdotis. Dic qd sic quo ad confessionem semel in anno. Nec per talē penitētiā huic iuri quo ad dictam confessionem intelligitur derogatū, nisi aliud exprimatur in confessione. j. eo. c. fi. Huius cōtrariū hodie determinatū est p constitutionē Io. xxij. que incipit, Uas electionis. Probat primo, qꝛ valde equū est ꝙ quis intelligat vultū, ⁊ interiora pecoris sui, cui hꝫ ministrare sacramenta eucharistie. s. c. prox. Un̄ Prouerbiorum. xxvij. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq greges ꝯsidera. Secundo, qꝛ ex cōtrario sequeretur ꝙ oēs sui sibi subtrahi possint: qd nō debet velle superior, sicut nec vellet id sibi fieri. s. de offi. ordi. cum ab ecclesiarū. Item qꝛ cōfunderet ex hoc ecclesiasticus ordo, contēneretur disciplina, contra id. xi. q. j. peruenit. Itē ad hoc inducit iura sup gl. qꝛ talis licentia intelligit sine alterius preiudicio, per iura alle. in gl. Tene supradicta, ex quo est sic deter-

38 minatum. ¶ † Quarto quero qs dicat ꝓprius sacerdos mercatorum, ⁊ scholariū. Dic qd ex quo steterunt per annū in parochia, illi sacerdoti confiteri debent. xiij. q. j. quesiti. Alij dicunt idē eo ipso qd se transtulerunt, etiā si per annū moram nō fecerunt: arg. de deci. ad apostolice. ⁊ melius de paroch. c. fi. Idē in peregrinis, ⁊ viatoribus, ⁊ alijs, qui certā mansionē nō habēt: arg. s. c. prox. in fi. Tutius tn̄ est omnibꝰ his, ꝙ a ꝓprio sacerdote obtineāt licētiā: satis tn̄ videt qd si peregrinationis insignia receperit a proprio sacerdote, hoc ipso videt circa p̄dicta dispēsasse, seu licētiā dedisse. Hostien. de his remittit ad Summā, eo. ti. §. cui confitendū. sub. §. fi. et

39 de paroch. §. pe. ver. quis intelligat parochianus. ¶ † Ueniamus ad glos.

ad gl. hui⁹ ver. ⁊ quero cũ gl. q̃ est sup ṽbo, sacerdoti. de quibus sacerdotib⁹ intelligatur, ⁊ quales possit eligere. Dicit gl. q dz eligere sacerdotes executionẽ habẽtes: secus si nõ habẽt executionẽ ordinis sacerdotalis: vt sunt non electi a populo: talib⁹ qs nõ potest ↄfiteri de licẽtia solius ꝓprij sacerdotis, sed de licẽtia, ⁊ cõmissione bene põt: qꝛ tãq̃ ordinari⁹ põt vices suas cõmittere, fm Pan. vel qꝛ ab ep̃o populo non ꝑficiunt. Probat gl. p tex. qui dicit alieno nõ alij: qꝛ p hoc verbũ, alieno, implicat diuersitas in substãtia, ⁊ qualitate, p prius in substãtia. s̄. e. officij. Et, vt dicit hic Pe. curatus nõ curato põt cõmittere intra parochiã suã certos casus, vel articulos, ad instar delegati ad vniuersitatẽ causarũ. ff. de iud. l. cum ꝑtor. Et hic loquit, qñ non fit cõmissio: sed simpliciter parochiano datur licẽtia, quasi ille sacerdos faceret suo iure ex prorogatione: qd̃ nõ licet, ex quo executionẽ nõ hz cure. Primo vero casu facit ex demandatione. Ad hoc qd̃ not. de offi. archipresby. c. ij.

40 ¶ † Cũ ea. glo. quero, pone q fratres Predicatores, ⁊ Minores habent priuilegium qd̃ possint alienos parochianos recipere ad confessionẽ, an sufficiat priuilegiũ vt parochianũ possint audire, ⁊ recipere ad penitentiã sine licẽtia ꝓprij sacerdotis: Probat primo qd̃ non. Intẽtus priuilegij est, eos habilitare ad potestatẽ recipiendi ↄfessiones, sicut ⁊ alios curatos: sed alij curati hoc nõ possunt, nisi per prius ꝑcedat licẽtia, vt hic: ergo nec isti. Scd̃o patet qd̃ sic non dz potestas esse largior habilitate ex priuilegio, ⁊ habilitate de iure cõi: sed de iure cõi habilis non potest sine licentia: ergo nec iste habilis ex priuilegio restrictibilis, ⁊ ↄ ius cõe, per regulam, odia. de reg. iur. lib. vj. Tertio probat sic gl. augmẽtato vinculo, ⁊ multiplicato, gradatim auget difficultas dissoluẽdi: ⁊ quot vincula, tot exigunt dispositiones in tollẽdo. de vsu pal. ex tuarũ. de priuil. pastoralis. de serui. rust. pred. l. si domus. Modo hic sunt due inhabilitates. Primo cessat in religiosis habit⁹ cure. Scd̃o, cessat exercitiũ: qꝛ dato qd̃ haberẽt habitũ, nõ haberẽt obiecta, in quibus: qꝛ non habẽt populũ, nec exercitium in populo alieno: satis fatigatur ergo ↄcessio priuilegij in cõcedendo habitu, ⁊ tollendo primo vinculo: nec alterius supplet defectũ: ⁊ nõ est potens in dãdo simul habitu, ⁊ exercitio: vt p hoc est casus in. d. c. ex tuarũ. vbi ↄceditur archiep̃o vt vtat pallio in dioceſi alterius: intelligit si accedat licẽtia ep̃i. Ad hoc facit clare tex. in. d. c. pastoralis. s̄. de priuile. vbi si cõcedatur vt ecclesiã cõuertat in vsus monachi: intelligitur si ad hoc accedat licẽtia proprij ep̃i. Quarto probat gl. per regulam generalem: qꝛ priuilegiũ semper habet intellectũ ex tacita mente pape, vt intelligatur, ⁊ interpretetur, ⁊ restringatur q non preiudicet. Tertio, vt dicto. c. ex tuarum. cum simi. Et hec fuit opi. Hug. xvi. q. i. c. j. in predictis. c. Dic, hodie procedit in religiosis, quod dicit glo. j. In Predicatoribus ⁊ Minoribus, dic vt in cle. j. de sepul. §. statuimus. qui fuit per Clemen. v. prorogatum ad Eremitas sancti Augustini, ⁊ per Jo. xxij. ad Carmelitas vt ibi not. Ita q in religiosis procedit quod dicit gl. in Predicatoribus. Minoribus, Eremitis, ⁊ Carmelitis hoc hodie non procedit in cle. dudum. §. statuimus. de sepul.

41 ¶ † Quero cum glos. que est super verbo, obtineant. quid si malitiose proprius sacerdos deneget licentiam, subsistente causa penitendi. Dicit gl. q postea potest ire ad alium. de regula. licet. Uel vadat ad eius superiorem, si potest, vt illum compellat, vel ipse dabit licentiam. de iure pa. nullus. Dicit Hostien. si periculum non est in mora tunc debet petere licentiam, ⁊ adire superiorem: si periculum est in mora, statim potest adire sacerdotem. Recitat Inno. quosdam dicere q de necessitate potest alteri confiteri: sed ab illo non potest absolui, quia non subest ei: tamen quia contritione remissum est peccatum, poterit communicare. Dicit ipse dici posse quod ex quo in necessitate confitetur illi, q claues habet, potest ab illo absolui. ¶ Uenio ad ver. sacerdos. ⁊ quero primo de quo sacerdote loquatur tex. Dic, quod

42 de audiente confessionem, siue sit proprius, siue alienus. ¶ † Secundo quero, in quo debet esse cautus: Dic quod in his, de quib⁹ in tex. ⁊ precipue in interrogationibus faciendis. De quo in Sũma, eod. titu. §. que interrogationes. ⁊ maxime sub. §. de luxuria.

43 Nam in illo peccato dicit caute ambulandum. ¶ Uenio ad gloss. huius ver. ⁊ quero cum prima, quid significet hic vinum, ⁊ oleum. Dicit glo. quod misericordiam, ⁊ discipinam. xlv. distinc. disciplinam. Nam per vinum mundantur putrida, per oleum sanãda fo-

44 uentur: vt dicitur Jeremie ⁊ Osee. j. c. ¶ † Quero cum alia glo. qualis debet esse iste medicus. Dicit gl. q non debet esse imperitus, sed diligenter debet experiri vires ipsius confitentis, qualem possit penitentiam portare. xxvj. q. vlti. alligant. sic. vt potius reddat rationem de misericordia, quam de crudelitate: vt ibi. lxxxvj.

45 dist. non satis. ¶ † Uenio ad ver. caueant autem omnino. Et quero primo quid si confessus producat sacerdotẽ in testem, an teneatur ipsum prodere. Dic quod sic: vt. s̄. de simo. c. nemo. Et si dicatur, sacerdos non potest sibi confessum aliquatenus reuelare, vt pz hic. Dic qd̃ hoc est regulare. Fallit in casu. c. nemo. de simo. vbi de hoc: quo casu si plures ei confessi fuerunt idem crimen, quamuis possit exprimere illum, qui ipsum producit, alios tamen celare

46 debet. Sic loquitur. s̄. de adulterijs significasti. ¶ † Secũdo quero quid si aliquis confiteat se velle aliquez occidere, vel aliud maleficiũ cõmittere, dicens q non potest tentationi resistere. Dicũt quidam q sacerdos potest hoc reuelare illis, qui possunt prodesse, et non obesse. xxv. di. hic videtur. cũ simi. Alij dicunt q omnino celare debet. de offi. ordi. sacerdos. Innoc. dt̃ q quicquid facere potest bono modo circa hoc vt peccatũ impediatur sine expressione persone, vel proditione confitentis, ⁊ potest: alias q̃tũcunq; malum ex inde sequi posset, hoc ei denegat. Posset dici ↄtriũ: qꝛ nõ est vera confessio, vbi qs nõ cõfitet peccatũ cõmissum, sed committendum de quo nec penitentia dari potest, ⁊ quod quilibet impedire tenet: vt no. de iureiur. quemadmodũ. §. si. cum simi. Dicit tamen quod vbi petit penitentiam preterite voluntatis, bene est confessio. Al-

47 legat. s̄. eo. quod quidam. ¶ † Quero tertio quid si aliquis reuelat secretum suum amico, dicens, Hoc tibi dico in penitẽtia: an talis cogatur testificari. Dic q sic: qꝛ licet hoc dicat. hoc non potest tanquam sacerdoti, qui non est: sed etiam quãuis dicatur sacerdoti, non semper videtur hoc dicere tanq̃ sacerdoti, sed tanq̃ amico, nec talis petit sibi iniungi penitentiã, vel se absolui, sed alia intentione hoc profert, cui standum est contra verba. de ver. sig. intelligentia. Si tamen sacerdos est, hoc omnino celare expedit, atq; decet, fm Inn. ⁊ Host. ne huic edicto fiat fraus: alias quilibet sacerdos hoc reuelans posset dicere q nihil sibi in foro penitentie, sed

48 alio modo confessus esset: vt no. de diuor. q̃to. ¶ † Quero quarto qd si aliquis in necessitate constitutus confiteatur laico, quod non potest. de conse. di. iij. sanctũ est. ⁊ no. s̄. de off. ord. pastoralis. §. preterea. An talis debeat reuelare: Dic q q̃uis clauẽ nõ habeat, in hoc tamen minister Dei est. Ideo omnino celare debet peccatorem, sicut ⁊ sacerdos: nec ad testificandũ dz cogi: qꝛ quasi eadem est ratio, que in sacerdote, fm Inn. arg. de const. translato. Hoc credo quo ad dispositionẽ, non quo ad penã, supposito q proderet peccatorẽ. de reg. iur. in penis. Primo, qꝛ non proportionat pena. Secundo, qꝛ loquit de sacerdote, tñ arbitraria pena puniet. de off. de-

49 lega. de causis. fm doc. ¶ † Quero quinto quid si subditus ꝑcipit ep̃m de peccato suo esse certũ, ⁊ venit ad ipsum peccata sua cõfitẽs vt ipsius correctionẽ euadat, qd erit: Rñdeo, sit ep̃s cautus, ⁊ rñdeat. Hoc peccatũ nõ recipio in pñia, nec istud, cũ his sis publice infamatus: nõ tñ dz absolutionẽ denegare: qꝛ ipsa non obstãte poterit ↄ ipsum inq̃rere, dũmodo non dispenset. Qd̃ dic vt de schisma. c. ij. de biga. qꝛ circa. Si aũt hoc omnino occultum esset, in penitentia recipere debet, esto q ipse sciret. vj. q. ij. si tantum. ⁊. c. placuit. fm Host. q dt̃ hoc addendũ ad Summam, eo. tit. §. in quo te-

50 netur sacerdos. j. rñso. ¶ † Quero sexto in quo dz esse discretus. Dic q in moderanda pñia, fm cõtritionẽ maiorẽ, ⁊ minorem: que contritio cuilibet peccatori, ⁊ adulto, vel doli capaci est necessaria quantum ad peccata actualia, etiam in baptismo. de pen. di. i. tres.

51 cum simi. ¶ † Quero septimo quanta debet esse contritio: Dicũt doc. q tanta q peccator potius voluisset omnem penitẽtiam subire, q̃ peccasse. xxxij. q. v. ita ne. Tu dic q sufficit, si doleat qd̃ Deũ offendit. Nam si doleret non de offensione Dei, sed de infamia, q̃ incurrit, vel qꝛ propter hoc honorem suũ amisit, talis pñia nõ esset sufficiens, neq; digna. 50. dist. vt constitueret. Nec ob. predictis q quis debet potius oĩa mala pati, q̃ malo consentire: vt. xxxij. q. v. ita ne, qꝛ non propter hoc obligamus quem ad tantã contritionẽ, vt potius vellet omnem penã sustinere, q̃ peccasse in preterito, vel peccare in futuro: qꝛ peccatũ cõmissum iam pretexit. Unde contritio presens non poterit esse tanta, vt cum eo, quod ante factum est veraciter adaptari possit: nec tenetur homo tante esse constantie vt credere teneatur quod potius sustineret mortem, quam peccaret in futurũ, si necessitas alterius horũ sibi incũberet, q̃uis si ꝑsens esset necessitas, tunc deberet eligere non peccare, q̃uis etiam ante futurum tempus sperare debet quod aut illa necessitas nõ veniat aut q Dominus dabit cum tentatione prouentum. prime ad Corin. iiij. Sicut humilitatis est timere in talibus: sic vero fidei, et spei est de communi misericordia ⁊ potentia sperare. Unde in oratione dominica petimus, Et ne nos inducas in tentationem. Et Aug. Proijce te in deuz: nec enim ita crudelis est, vt se subtrahat ⁊ te cadere permittat. Sed ⁊ discretionis est, tales tentationes fugere: sicut Christus nos docuit fugiens in Egyptũ, Matt. ij. Nec obstat de pe. dis. j. c. nunquam. vbi dicitur quod Cain punit⁹ fuit anteq̃ opus patraret: qui ⁊ si opus non patrauerat, iam cogitatu peccauerat, ⁊ consensu. Item in contritione requiritur quod sit in proposito vlterius non peccandi. de peni. dist. j. non potest. ⁊ distin

52 ctio. iij. penitentiam. cum simil. ¶ † Octauo, qꝛ contritionem sequitur confessio, quam discretus sacerdos debet attendere. Ideo q̃ro qualis debet esse confessio. Dic quod debet esse pura, simplex, discreta, ⁊ integra. Quod dic vt no. in Summa, eo. ti. §. qualis debet esse. Et pudibunda. de pe. dist. j. quem penitet. Item debet esse frequens: qꝛ ad multa confert. Nam frequenter quis cadit: et sic ne-

cesse est ꝙ per penitentiã frequenter resurgat. Unde et si post penitentiam delabitur quis in peccatum, iterum confiteri oportet: vt. s. de summa tri. c. j. §. pe. in quo attendẽda est ipsius ingratitu- 53 do. de pe. di. iij. in prin. ⁊ per totum. ℂ † Nono quero an prosit contritio sine confessione. Dic ꝙ non, si peccator habuit tempus ad confitendum. de pe. dist. j. in quacunq; hora. Aut non habet temp⁹ 54 confitendi: ⁊ tunc prodest. de pe. distinctio. j. de leprosis. ℂ † Quero quarto an valeat confessio quacunq; hora facta fuerit. Dic qđ sic: ⁊ hoc propter erubescentiam, et propter fidem, quam peccator in confessione exercet: q: per hoc ostendit se credere absoluendi et ligandi datam potestatem sacerdotibus. xxxiiij. q. j. quodcunque. Valet etiam propter humilitatem, et obedientiam, quam exhibet mandatis Dei, dum flectendo genua, ⁊ iungẽdo manus humiliat se peccator coram sacerdote. Item valet propter gratiam, que ei confertur, maxime propter manus impositionẽ. xxiiij. q. iij. §. notã dum. q: quasi sit impossibile quin Deus recipiat frequenter confitẽtem. Valet etiam propter interdictionẽ, ⁊ amissorũ recuperationem: q: sacerdos reconciliat eũ gratie diuine, ⁊ restituit peccatorẽ ad sacramẽtorũ perceptionẽ. de pe. di. j. nihil. ⁊ c. nulli. cũ simi. Sequit satisfactio, q̃ est arbitrio sacerdotis imponẽda. s. eo. significauit. q̃ qñq; consistit in pecunia, qñq; in alijs. j. eod. cũ ex eo. Ubi est aduertendum ꝙ quedam est satisfactio, que concernit restitutionẽ dãnorum datorum male acquisitorum, vel iniuriam irrogatorum ⁊ hec omnino est facienda lesis, si reperiãtur, de quo sacerdos gratiam facere non potest: q: non dimittitur peccatum, ⁊c. de quo. s. de vsuris. cum tu. Est alia satisfactio, que non concernit predicta: ⁊ in hac arbitrari põt sacerdos, contritione considerata, ⁊ alijs circunstantijs: vt. s. eo. Deus, qui. quia plus valet apud Deum mensura doloris, quã tẽporis, ⁊ mortificatio vitiorũ, q̃ abstinentia ciboriorũ. de pe. di. j. sacerdos. cũ simi. Debet tamen ei exponere q̃tum deliquit, ⁊ q̃tam penitentiã agere debet. Et si dicat peccator ꝙ paratus sit facere, debet ei penitentiam iniungere, remittẽdo ei de gratia duos, aut tres, aut plures annos, considerata multitudine peccatorum, ⁊ numero annorũ iniungẽdorũ: vt in predictis iuribus. xxxvi. q. si. alligat. vt possit dicere, vt sicut Deus libẽter ignoscit, proinde indulgeo, malo misericordiam, q̃ sacrificiũ. de pe. dist. ij. serpens. Sicut autem sacerdos debet esse benignus, sic peccator ad obediendũ debet esse voluntarius, ⁊ parat⁹: q: de nullo peccato siue paruo, siue magno, põt qs plene sine pnia purgari. Ideo dꝫ se supponere iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui: vt omnia co iubente sint recuperanda, vita anime quecunq; faceret pro recuperanda vita corporis, ⁊ hoc cum desiderio: q: vitam recuperat infinitam. de pe. dist. v. cõsideret. Si vero peccator non sit ita paratus nihilominus imponat sacerdos pniam, saltẽ q̃tũcunq; leuissimã, ⁊ iniungat ꝙ omnia bona, que tolerabit propter Deũm, sint ei ꝑ penitentia, ⁊ proficiant pro salute: ⁊ sic absoluat eum, inquantum debet, ⁊ potest, non simpliciter, sicut quidam simplices indiscrete faciunt, ne indiscrete faciendo se ipsum obliget. Nec est multum querendũ q̃tum possit sacerdos dimittere, sꝫ firmiter credẽdũ qđ Deus, q oĩa facit in numero, pondere, ⁊ mensura, Sapientie. xj. in multis sequitur arbitrium sacerdotis. Itẽ beatus Hiero. in expositione symboli, de remissiõe peccatorũ sufficere dꝫ sola credulitas dicit. Si quis enim causas, ⁊ rationes requirat, ibi indulgẽtia principis est. Cũ ergo terreni principis liberalitas discussioni non sit obnoxia, cur ab humana fragilitate discutit largitio diuina? Nec ob. de pe. di. j. quem penitet. vbi dr̃ ꝙ Dominus non soluit, vel ligat eos, de quibus putamus, opus misericordie, ⁊ iustitie exercemus. Ibi enim loquitur de illis, qui errant in facto, vel in iure diuino: in facto, q: non credunt aliquos esse peccatores, qui sunt etiã in iure: q: aliquod peccatum modicũ, ⁊ leue reputant, quod tamen magnũ, ⁊ graue est: tunc enim nõ sufficit penitentia iniuncta. Illđ autem, qđ sacerdos moderate remittit, Dominus ratum habet. Item non ob. de pe. di. v. fratres. q: ibi loquitur de illis, qui pniaꝫ agunt de vno ⁊ non de alio. Simile. s. eod. quod quidam. Non obstat etiam de pe. di. v. falsas. quia illud intelligitur de illis, q non restituunt alienum, secundũ Inno. cuius est quasi tota ista glo. quo ad mentem. De ceteris dic vt plene no. Hos. in Summa, eo. ti. §. qui- 55 bus, ⁊ quot dictis. ⁊ §. que penitentia. ⁊ per totũ. ℂ † C uero penul. quomodo probabitur ꝙ sacerdos peccatum sibi confessum reuelauerit. Sol. Quia sacerdos hoc confessus est coram pluribus, lꝫ extra ius, in iudicium. de accu. si constiterit. ⁊ de excel. prela. quaꝫ sit. Idem esset in eo, qui esset confessus occultum peccatum corã epõ, tamen coram aliquibus, forte vt per illos dispẽsatio probaretur. Si enim episcopus reuelaret, per illos de hoc probari posset, secũdum Uincen. Host. Idẽ per confessionem ante factam in iure pla- 56 num est hoc posse probari. ℂ † Ultimo quero qđ si cõfitetur in iure se hoc dixisse, sed negat sibi in penitentia reuelatum: Videt absoluendus sacerdos, cum non plus parochiano, quam sacerdoti sit credendũ, ⁊ q: reus. vj. q. vlt. actor. In contrarium ꝙ sit condẽnandus, nisi probet quod aliunde ad eum peruenerit. vj. quest. ij. si tantum. ⁊ c. placuit. Host. dt ꝙ ex quo non conuincitur non punit hac pena ordinaria: sed si non probet quod ad ipsum aliunde peruenerit, arbitrarie punietur. Uide in Spe. de proba. §. j. ver. si. Uenio ad glo. huius ver. in glo. pe. ibi: imperitus, q vno collyrio omnium oculos vult curare. Et vide quod post beatum Hierony. no. in clemen. si dominum. de reli. ⁊ vene. sanc. in glo. orationis. in vlti- 57 mo membro. ℂ † Oppo. cum glo. vltima, quod alia pena imponatur. de peni. dist. vj. sacerdos. So. Dicit gl. ꝙ illud olim, hodie hec imponetur. Ibi dicitur ꝙ peregrinari debet omnibus dieb⁹ vite sue, q̃diu durat penitentia temporalis, puta septennalis, vel alia. Uidetur ergo gl. ꝙ hic corrigat illam. Sed dic ꝙ ista post illã imponetur id est, quo tempore lapso detrudetur in monasteriuꝫ: ⁊ sic hoc. c. venit suppletiue, non correctiue. ff. de legi. l. non nouum. Sic patet hic, hunc sacerdotem ad modum penitentis simoniaci, ⁊ heretici puniri. c. pe. ⁊ de simo. quoniam.

1 ☞ Medici vocati ad curam infirmorũ debẽt illos ante omnia ad confessionem inducere.
2 Infirmitas corporalis aliquando prouenit ex anime infirmitate. nume. 9.
3 Ecclesia potest disponere contra laicos, prout statutum disponit de fine anime ad vitam dirigende.
4 Medicus corporis ⁊ anime ad purgandum vitium, ⁊ infirmitatẽ debet in cura incipere ab origine vitij, vel infirmitatis.
5 Canoniste non habent principium in ordine scientie.
6 Constitutio ligat tantum a tempore publicationis.
7 Medici non consulentis infirmo vt recipiat prius anime medicinam, que sit pena.
8 Anima est corpore pretiosior.
10 Medicus non potest componere cum infirmo de salario.
11 Medicum corporalem an sufficiat suadere infirmo vt prius recipiat medicinam anime: an vero exigatur inductio cum effectu.
12 Medicina spiritualis quare precedere debeat corporalem.
13 Constitutio publicata an liget ante duos menses post publicationem.
14 Medicus componẽs cum infirmo ante curam, quam satisfactionem facere debeat.
15 Medicus dicens infirmo, ꝙ si accederet ad aliquam mulierẽ, ipse sanaretur: an sit transgressor constitutionis canonice.

1 **Cum infirmitas.** ℂ † Medici corporum ad ifirmos vocati ante omnia debent illos ad confessionem inducere, nec debẽt pro salute corporum aliquid perniciosum anime suadere. h. d. Ponit duplicẽ cognitionis causam, ⁊ penam trãsgressorum. Primo ponit vnam causam constitutionis. Secundo constitutionem. Tertio aliam constitutionis causam. Quarto penam transgressorum. Quinto quantam inhibitionẽ. Secunda ibi presenti. Tertia ibi: hoc idem. Quarta ibi: si quis. Quinta ibi: ce- 2 terum. ℂ † Nota. j. ꝙ infirmitas corporalis qñq; prouenit ex anime infirmitate. Et sic no. ꝙ ex infirmitate corporis, ⁊ vitio extrinseco corporali arguitur infirmitas anime extrinseca: ⁊ vitiũ ⁊ malitia acto animante infirmi. Ideo dicimus quod isti signati regulariter sunt mali. ℂ Nota ꝙ ex p̃cepto facto tempore liberationis a pena arguitur causa pene. ℂ Not. ex scđa particula, ꝙ sicut homo formaliter, ⁊ principaliter cõponitur ex duobus principijs aĩa, et corpore, sic dantur duo medici sanitatem conseruãtes anime ⁊ cor- poris. Medicus corporis patet. Medicus anime est confessor.
3 ℂ † Scđo not. ꝙ ecclesia potest disponere contra laicos, prout statutum disponit de fine anime ad vitam dirigende: ⁊ sic propter finem subiectum disponit, ⁊ statuit ecclesia circa accessoria in finem ordinata, alias iurisdictioni non supposita. Et facit pro vna regula Bar. in. l. ambitiosa. de decr. ab ord. faci. ꝙ illi, qui habent arbitrium super statu ciuitatis, possunt statuere circa preambula ad finem status, etiam alias non supposita. Ad hoc. s. de offic. delega. c. preterea. l. ij. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. cum simi.
4 ℂ † Tertio no. ꝙ ad purgandũ vitium, ⁊ infirmitatẽ, disponens debet in cura incipere ab origine vitij: ⁊ sic in agendis recta est dispositio initiũ sumens a radice. Curans igit corp⁹, si feliciter vult curare, debet incipere a cura anime, a qua perpendiculariter depẽ- 5 det cura vitij corporis. † Quod facit contra Canonistas puros, q non habẽt principiũ in ordine scientie. ℂ Nota illud, cũ cessante cã ⁊c. ad hoc de appel. cũ cessante materia. de renun. post trãslationẽ. ℂ Nota ꝙ stante infirmitate aĩe infirmitas corporalis, ⁊ aduersitas humana facili⁹ hoiem facit incurrere ĩ articulũ desperatiõis. ℂ Et sic not. ꝙ p̃sumptio est de maxima infirmitate illius anime desperantis. Et quod in dubio etiam infirmus presumitur ex anime infirmitate desperare, quam insaniaꝫ euitare. ℂ Nota quod ad constitutionẽ edendam qñq; cõcurrunt casus, quorum aliqui sunt finales

finales, ali q impulsiui. sicut hic erat finalis, erat vitiū aīe. Impulsiue aūt he, q̄ alij, qui, ꝛc. ¶ † No. ex ṽsic. si quis aūt. ꝙ constitutio ligat a tpe constitutionis edite, ꝛ publicate per p̄ntes p̄tātem. Ad hoc de postu. prela. c. j. de cōsti. cognoscentes. ꝛ qd ibi no. ꝛ non dicitur trāsgressor legis veniens ꝯ legem ante publicationem, ꝛ sic validitatē eius. ¶ † No. penā medici nō consulentis infirmo, vt recipiat anime medicinam. ¶ † No. ꝙ anima est pretiosior corpore: ꝛ ꝙ ꝑponenda est vtilitas aīe vtilitati corporis. Per hoc pꝫ argumentatiue ꝙ potestas clericalis, ꝛ iudicis anime dꝫ preferri, tanq̄ maioris dignitatis tpali. Alia sunt clara. ¶ † Oppo. primo, ꝛ vr qd infirmitas corporis non proueniat ex infirmitate aīe. vij. q. j. cū percussio. vbi dr qd percussio corporalis imminet: vtrum pro purgatione, an p vindicta ꝯtingat Dei iudiciū, ignoratur. vij. q. j. cū percussio. So. Dictio, nōnunq̄, tollit ꝯriuum: q̄ exponitur. i. aliqn̄. Vn̄ dicit gl. super illud Matthei. ix. in prin. qd infirmitates ꝓueniunt quinq̄ de causis. Primo vt iustis p patientiam augeatur meritū. Job. ij. Secundo, ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, vt in Paulo. Tertio ad corrigenda peccata, vt hic. Quarto, ad gloriaꝫ, vt in Lazaro. Quinto, ad initiū pene, vt i Herode. Vn̄ versus: Ut probet, vt damnet, vt expiet, vt mereatur: Ut pateat xp̄i gloria, pena datur. ¶ Secundo ad declarationem lr̄e ibi: ante oīa, queritur qn̄ dicatur ante oīa. Dic anteq̄ manum ad curam apposuit, vel antequā de salario cōponat. † Quid si prius de salario cōponat. videtur qd medico obstet exceptio, ꝛ quod solutuꝫ posset repeti: q̄ mercatus est contra legem. x. di. vides. C. de legi. l. non dubiū. cum simi. Hosti. quod q̄ non inuenit hanc penam a iure impositam, non audet imponere. Dicit tamen qd pium, ꝛ bonum esset hoc exprimere: q̄ forsan medici non essent circa hoc negligentes. ¶ † Tertio, quero an sufficiat sola suasio, an requirat ꝙ effectualiter inducāt. Dic qd exigit inductio cū effectu: alr̄ se non intromittat de cura: vt probant sequentia, fm eum. de cle. non resi. relatum. ¶ † Quero quarto quare dꝫ p̄cedere cura spūalis. Dic rōne dignitatis de maiori. ꝛ obe. solite. Et sic habes quod tpalem medicinam dꝫ p̄cedere spiritualis: ita qd temporalis pōt sequi spūalem. Sed ꝯtra hoc opp. decre. cum in distribuendis. ꝯ. de temp. ord. ꝛ de. c. per tuas. de maio. ꝛ obe. ꝛ de. c. fi. de conse. di. ij. In quibus iuribus dicit quod premissa manu supioris, vt iudicis spiritualis, inferior non possit manum apponere sine licentia superioris. Sol. Illud prohibetur ob reuerentiam superioris: istud ob eandem causam statuitur, ꝛ ad prouisionem periculi infirmorum id est, ob periculum infirmitatis. Licentiatus est ergo ipso iure hic inferior, postquam superior manū apposuit: ꝛ sic non habet necesse recurrere ad pretorem. ff. de cōdi. instit. l. que sub conditione. §. fi. satis fuit exquisitum contrarium. Uel dic tu ꝙ circa connexum, vel consecutiuum ad id cui est imposita manus per superiorem, nō intromittit se inferior: hic circa separatum: q̄ licet infirmitas corporis habeat se ad opus pium, ad infirmitatem anime tamen in tollēdo sunt prout separata: vel hoc hic facit de licentia superioris. ¶ † Quero quinto an hec constitutio ligauerit ante duos mēses post publicationē. Dic ꝙ sic, ex quo hoc est expressum. de quo sup data Sexti. ¶ Quero sexto an huic constitutioni per consuetudinem prescribi possit. Dicit Hostien. ꝙ cum concernat animam, per consuetudinem prescribi non poterit: imo dicit ꝙ transgressor peccat. Ad hoc de ma. ꝛ obe. illud. ¶ † Quero septimo cui debeat satisfacere, ꝛ in quo medicus. Dic ꝙ debet dare pauperibus quicquid percipit ex tali salario. de indi. cum sit. vel ad arbitrium iudicis, ex quo certa satisfactio nō exprimitur. de off. deleg. de causis. ¶ † Quero vltimo an mediens, q dicit, non cōsulo, sed si vadas ad aliquam mulierem, sanaberis, sit transgressor constitutionis. Dic ꝙ sic, q̄ hanc constitutionē trāsgredit: vt patet per simile. Si enim aliquid tibi vendidi, adijciens si vitiosum est, si lesum, volo teneri, cum sciam illud tale, teneor. ff. de act. emp. l. j. §. venditor. ¶ Uenio ad gl. j. in fi. ꝛ lxi. di. §. his omnibus. In gl. ij. ibi: sententiā. Idem Inn. ꝛ Host. in glo. vlt. ad hoc aut. vt eum de app. cog. §. fi. ꝛ de elect. vbi periculum. libro. vj. Anto. de Butrio.

1 Questores eleemosynarum sine literis apostolicis, ꝛ diocesani admitti non debent. 4. 8.
2 Dictio preter, respiciens orationem negatiuam, stat inclusiue.
3 Indulgentie concessio debet esse discreta, et cum causa legitima. nume. 5.
6 Indulgentie superflue concessio parit duplex vitium.
7 Indulgentiarum quantitas que sit, et quot diebus durare habeant.
9 Predicandi officium an spectet proprie ad questores.
10 Indulgentia indiscreta quando dicatur.
11 Indulgentie superflue que dicantur.
12 Si quis pluries vadat ad locum ipsarum indulgentiarum, ꝛ pluries det denarium nunquid pluries consequatur indulgentias.
13 Penitentia iniuncta an possit remitti.
14 Indulgentiarum effectus qualis sit, ꝛ an dies illarum dicantur vtiles.
15 Indulgentias in quibus actibus potest concedere episcopus.
16 Indulgentia an valeat, per quam quilibet indulget annum.

Cum ex eo. ¶ † Eleemosynarum questores, sine apostolicis, ꝛ diocesani literis admitti non debent: nec tamen proponant idē vltra id, quod continentur in illis: ꝛ debent esse discreti, ꝛ modesti, ꝛ a locis incongruis abstinere, ꝛ ab expensis. h. d. Secundo ponit formam remissionis, dicens in constitutione basilice vltra annū, ex alijs causis vltra quadraginta dies indulgeri omnino posse. Et sunt quatuor partes principales. Secunda ibi: formam. Tertia ibi: qui autem. Quarta ibi: ad hec. ¶ Not. j. qui possint dare literas questoribus eleemosynarū: q̄ solus papa, vel diocesanus in diocesibus suis. ¶ † Nota, ꝙ dictio, preter, respiciens orationem negatiuam, stat inclusiue. ¶ Tertio nota ꝙ potestas priuilegio concessa mensurat viribus, ꝛ verbis priuilegij. ad hoc de priui. porro. ¶ Quarto nota concessiones indulgentiarū, ꝛ literarum, que dantur questoribus, in qua tria continentur, scꝫ exordium, narratio, ꝛ conclusio. ¶ Nota causam finalem indulgentiarum, scꝫ remissiones pene peccatorum. ¶ Not. in archiepiscopum hāc decre. in pluribus literis quod iste indulgentie ex hac forma non proficiant, nisi ad penam peccati quo ad Deum. de quo. ꝯ. eo. qd aūt. ¶ No. qd licitum est pro vita eterna consequenda dare tēporalia sine vitio simonie. ¶ No. qd vsura spūalis, et solutio lucri spiritualis vltra datum tpale, est licita, nec improbata. ¶ † Nota quod concessio indulgentie debet esse discreta ꝛ debet esse cum causa legitima, ꝛ pia: ꝛ inter alia, causa est pia conferre, vel concedere ad collationē hospitalis, ꝛ ad pauperes sustentandos. ¶ Ex ver. qui autem. † Nota quales, ꝛ qualiter se regere debent in officio q̄stores eleemosynarum, ꝛ qualiter se debeant habere circa expēsas. ¶ Ex ver. ad hec. Nota † ꝙ indulgentie debent esse moderate, et discrete, scilicet vt ad terminos mensurentur, ꝛ non superflue. ¶ Et nota † ꝙ duplex est vitium surgens ex indiscreta, ꝛ superflua concessione indulgentie. Primum, ꝙ claues ecclesie contēnuntur. Secundum, quia penitentialis satisfactio eneruatur: ꝛ sic opulentia rerum res facit vilescere: ꝛ opulentia doctorum vilescit doctores. ¶ Nota hic tex. expressum ꝙ indulgentie proficiunt etiam ad penitentiā ab ecclesia impositā. ¶ † No. ex ver. decernimus. totam quantitatē indulgentie: q̄ potest cōcedi in dedicatiōe basilice q̄ non debet excedere annū, siue ab vno, siue a pluribus ꝯcedat: ꝛ et in anniuersario dedicatiōis nō debēt excedere quadraginta dies. ¶ Et no. tex. qui dt de iniunctis. Et sic patet ꝙ prodest ad iniunctas ab ecclesia. Idem etiam in concessione alia quacunq̄ de causa: ꝛ hoc notabis. ¶ Primo in prima decret. vsq̄ ad ver. formam. † vnde ꝙ etiam non debeant admitti questores anteq̄ examinent literę ipsorum per diocesanos, nisi date sunt a papa: vt in clement. abusionibus. eo. titu. Solu. Concilium illud Uiennense vult ꝙ est dictum vltra hanc decre. Et reuocat quedam priuilegia questorū ꝛ suorum ordinum, si questores delinquunt: ꝛ in his submittit eos ordinarijs, priuilegio exemptionis non obstante. Et nota argu. ꝙ predicatio est contentiose iurisdictionis. vj. q. iij. scriptū. xvj. q. iij. placuit. ꝛ de here. cum ex iniuncto. ¶ † Uenio ad questiones. Et primo quero an predicare spectet proprie ad istos questores. Dic ꝙ non, sed habent charitatiua subsidia petere, ꝛ indulgētiam, si q̄ habent proponere. de here. c. vt officium. §. compescendi. lib. vj. Et hodie habetur in cle. abusionibus. eo. titu. Scdo per hanc literam dicūt doct. ꝙ vt admittant questores, sufficit altera litera, vel epi, vel diocesani: q̄ tex. loquitur alternatiue. de reg. iur. in alternatiuis. Et hoc verum, si apparent litere non suspecte: alias sacerdos si dubitat in loco, vbi illi inquirunt, potest consulere epm anteq̄ illum admittat. de offi. archipres. c. fi. in fi. propter hoc habent diocesani statutum ꝙ nulla litera apostolica recipiatur, vel approbetur in sua diocesi, nisi ipsi prius consulantur. Et dicit Host. quod isti essent grauiter puniendi, si hoc facerent in fraudem sedis apostolice. de priui. dilecti. ꝛ c. q̄to. ad fi. Ubi vero liquet de indulgentia, ꝛ persona, alias vero est nulla, alia litera debet inquiri: sicut in Predicatoribus, ꝛ Minoribus, secundum Hostiē. nec requiritur alia epi licentia, nisi alias ei interdixisset ex causa, puta, quia vsurpant, vel impediunt iura parochialia. de priui. in his. ꝛ c. ex tuarum. Non ob. ꝯ. c. proxi. §. si quis aūt. vbi indistincte habet petere licentiam: q̄ aliud est in predicatione, aliud in peccatorū confessione, vt ibi. Ratio diuersitatis, q̄ in predicatione non preiudicatur alicui, sed potius releuatur onus prelati, ꝛ prouidetur animarum saluti. ad id. xcv. di. ecce. ff. de neg. gest. l. soluendo. cum suis cōcor. In confessione vero posset spirituale preiudicium generari, ꝛ temporale: vt dixi in contrario. Uel licet isti priuilegiati sint indistin

cte super predicatione, super confessione illi non indistincte, sed illorum tantum, qui quo ad illorum predicationem contriti sunt: et statim non ex interuallo, vt ex ipsorum priuilegijs legi potest, et forte non grauiter, sed de illis tantum peccatis, de quibus sunt cōtriti: de his ergo iudicari nō potest, nisi videatur priuilegium. de priui. porro. vide cle. dudum. de sepul. ¶ Quero tertio an possit aliquid imponere vltra literas. Indistincte dic q nō, nisi sit aliquod conferens ad declarationem circa factum. Nā et illa, que iuxta mandatū sunt, commissa videntur. ff. de rebus corū. l. et magis puto. §. cuius officio. Caueant ergo a predicatione, maxime cum multi ex eis laici sunt, et inhonesti, nisi aliquibus approbatis esset expresse permissa: nec aliud proponant quam litera dicit, vel cōtinet, quasi legeret alphabetum, quem modum legendi seruant, secundū Hostien. multi Canoniste, qui nihil addentes, vel minuentes apparatum legunt, sicut textum legerent. ¶ Venio ad ver. formam. et quero, planum est q non possunt non subditi in alieno episcopatu habere indulgentias ad remissionem penitentie, sine licentia proprij diocesani. Sed quid de participatione bonorum episcopatus, vel que fiunt in episcopatu, an quo ad hoc possunt habere doc. Dicūt quod sic. Unde dato q tales remissiones non proficiant ad iniunctam penitentiam, proficiunt tamen ad participationem dictorū bonorum, que in suo episcopatu fiunt. ¶ Venio ad ver. qui autē. primo per literam dicit Hostien. q honeste loquitur litera, et paret q non velint dicere de prostibulis. Sed dic cauendum a quasi prostibulis, sicut sunt hospitia quarundam Beckinarum fictarum: quod perniciosam est genus mulierum, nec de facili alios q religiosos admittunt, a quibus modis omnibus est cauendum. xviij. q. ij. diffinimus. et c. perniciosam. Hodie earū status est reprobatus, et damnatus per concilium Vieñ. de relig. do. c. quibusdā.

10 ¶ † Scdo quero quando dicatur indulgentia indiscreta. Dic, qn datur non mensuratis mensuris, et qtitate cause que subest. Nam secundum quod est magna, vel parua, debet esse magna, vel parua indulgentia. Et sic nota causam ponderandam. de quo de accu. cū

11 dilecti. ¶ † Tertio quero qn dicantur indulgentie superflue. Dic quando sunt sine causa, vel nimis large. xl. viij. dist. culpas eporum. quarum hec est vltima. Colligit Host. ex hoc tit. in fi §. cui confitē

12 dum. sub. §. cui episcopus. ¶ † Quarto quero quid si eadē persona eadem die vadat sepius ad locum indulgētie. pro quo indulgetur remissio, vel sepius dat denariū: nunquid sepius habebit quadraginta dies, ita q pro qualibet vice habeat indulgentias quadraginta dierum. Vinc. tenet q sic, dū durat tps, vel dies remissionis q non est concessa remissio solū propter iter, vel denarium, sed propter obligationem ecclesie, que sic remittendo se obligat orare pro illo. Sit ergo discretus remissionem faciens: vt. s. eo. quod autem. Gul. in Spe. eo. tit. ver. quid si. tenet idem, et addit rationem: q in beneficijs, et indulgentijs debet fieri larga interpretatio. Et ibi in

13 ver. seq. ¶ † Nota hic Vin. notasse remittentem sua remissione vti non posse. Item de penitentia iniuncta per episcopum non posse sacerdotem remittere. Dic econtra. Item papam, vel episcopum non posse remittere penitentiam sibi per sacerdotem iniunctā sine illius authoritate. j. c. fi. ita q episcopus penitentiam sibi iniunctā in foro penitentiali per sacerdotem sibi soli remittere non potest

14 sine licentia illius, qui iniunxit. ¶ † Quinto quero per literam ibi de iniunctis. dicit Host. q dies indulgentiarum sunt vtiles: licet secus dicat in annis. quasi dicat q anni sint cōtinui, nō aūt vtiles. Item q qui quatuor diebus ieiunare debet, virtute huius indulgentie non cogitur ieiunare. De hoc tractant Inno. et Abb. s. eo. quod autem. et Host. satis hic, qui dicebat q cum inquiritur quid operentur verba hec, Indulgemus annum de iniuncta penitētia: q quidam dicunt annum vtilem, id est, q annus est vtilis: hoc est, q solum dies sibi necessarij sibi computabuntur in indulgentia. Alij dicunt continuum, id est, q hic annus est continuus: hoc est etiam dies sibi inutiles: q non eget remissione, sibi proficiet. Alij dicunt q hic est sensus, Remitto annum de penitentia id est, tantum unius punieris in purgatorio, q si vno anno penitentiā egisses in hac vita. Nec credit q per has generales quis teneatur minus in hac vita penitentiam agere: quorum dictum equitati cōuenit, secundum Inn. Est tamen credendum, seu tenēdum q Deus, qui omnia moderatur in numero, pondere, et mensura. Sapientie xi. iuxta metam a prelato impositam dabit potius plus, quā minus, licet alteri plus alteri minus: nec de hoc potest conqueri is, q minus habet: ex quo recipit quod suum est, nisi hoc nequam ocul9 reprehendit, Matt. xxi. Host. dicit hic terminari q dies sunt vtiles: alias esset absurdum dicere, Facio tibi indulgentiam dierum, quibus non teneris ieiunare. In annis vero sic: et quales iniuncti

15 sunt remittantur. ¶ † Sexto quero, in quibus alijs actibus eps concedit indulgentias, ibi debeat moderari. Dic, quādo celebrat, vel predicat, semper dat annum, secundū Innocē. et quadraginta dies secundum Host. hec verior per istum tex. et c. fin. eo. tit. lib. vj.

Et dicit Inn. q prohibitio huius capi. eo. modo est intelligenda, scilicet q de inferioribus prelatis restringatur potestas indulgētijs publicis, non in foro penitentiali, quo poterūt annum, et plus indulgere. Dicit etiam q hanc restrictionem potuit facere papa: quia omnes minores prelati habent hanc potestatem ab eo: ipse autem a solo Deo. xxi. dist. §. q. xxij. di. c. j. Item hoc potuit ratione principatus, et iurisdictionis quas habet super omnes. xxi. dist. in nouo. Item fecit hoc ex causa, q abutebantur, secundum Inn.

15 ¶ Venio ad glo. prime sunt literales. ¶ † Quero quid si quilibet indulgeat annum, an valeat indulgentia contra statutum: hic arguit q non, per. c. cū ad quorundam. de excess. pre. et c. sane. ad hoc. c. proximo. Dicit gl. q credat q teneat, licet ipsi faciant contra statutum hic: q non opponeret decretum, prout dicitur in illa decr. cū ad quorundam. Ad hoc de preb. inter cetera. vbi tales clausule non apponuntur in mandato, licet fiat contra mandatum: tamen valet quod est factum contra mandatum. de preb. dilectus. Cōtra quod oppo. de decre. proxi. in fine. cui statur. j. eo. c. vlt. lib. vi. Inn. dicit quod excedere plurium episcoporum indulgentia non debet annum: et dato q excedat quilibet annum, subditus vnius habebit annum tantum, sed episcopi, et sic de reliquis. Et idem, secundū eum, si ex parte omnium simul pronuntietur: puto tamen q si archiepiscopus, et episcopus simul conueniant, et vterque dant annum subditi eius habebunt biennium, prouinciales, alij annum tantū. Et remittit ad summam, de remis. §. si quis possit. Dicit Host. q hoc non credit, per hanc literam. Item sequeretur quod si omnes episcopi prouincie perueniant ad illam consecrationem, quilibet daret annum, et archiepiscopus annum, quilibet prouincialis haberet biennium, contra mentem litere et statutum. j. eo. titu. c. vltimo libro. vj.

1 ☞ Iurisdictionem generalem habet archiepiscopus in prouincia.
2 Verbum libere, quid excludat.
3 Legatus an possit facere remissionem in sua prouincia.

1 **Nostro.** Breue est. ¶ † Nota q archiepiscopus habet iurisdictionem generalē in prouincia: et potest disponere circa concernentia generalē prouinciam: et in prouincialibus potest priuilegiare etiam generaliter subiectos, et de subditis suffraganei. Et sic habes casum vnum, in quo archiepiscopus exercet immediate iurisdictionem in subiectos suffraganei respectu fori penitentialis. de quo vide. s. de off. ord. c. pastoralis. in prin. Doc. addunt alios: q possunt quando visitant prouinciam audire confessiones subditorum suffraganeis in tota prouincia. de cen. c. fi. lib. vj. Potest etiam in quolibet loco prouincie, etiam exempto, ad quem declinauerit, vel per quem transiuerit, ante se facere portari crucem, benedicere populo, celebrare etiam in pontificalibus, et sine pontificalib9 sibi fa-

2 cere celebrari. de priuile. archiepiscopo. ¶ † Quero quid excludat verbum libere. Dic q non habet necesse petere consensum suffraganeorum, quasi a non iudice data sit. s. eo. quod autem. de preben.

3 licet. lib. vj. In glo. j. ibi: † Et legatus potest in sua prouincia facere remissiones. Pro hoc facit ista decre. quia non apparet cui mittatur, et legato plus committitur in prouincia, q archiepiscopo. de offic. leg. c. j. secundum Pau. in fin. glo. j. De hoc de relig. domi. constitutus.

1 ☞ Confessorem sibi eligere possunt episcopi, et alij superiores, sine alia licentia, etiam si non sint episcopi exempti. §.
2 Solennitas requisita quandoq remittitur propter periculum.
3 Prelati exempti quo casu equiparantur episcopo.
4 Confessor religiosus qualis esse debet.
6 Confessores eligere sibi nequeunt rectores capellarum.

1 **Ne pro dilatione.** ¶ † Possunt episcopi, et alij superiores sine alia licentia sibi confessorem eligere hoc dicit.

2 ¶ † No. primo q propter periculum quandoq omitti

3 tur solennitas ad actum requisita. ¶ † Nota casum, in quo exem

4 pti prelati equiparantur episcopo. ¶ † Nota qualis debet esse con

5 fessor religiosus: quia debet esse prouidus, et discretus. ¶ † Quero an episcopi non exempti habeant hoc priuilegium. Dic quod sic vt probat litera ibi: preter sui superioris. secundum Hostien.

6 ¶ † Per glo. ij. dicunt doc. q multo minus hoc possunt, vel poterunt scholares. Ad idem arguit Abb. contra rectores capellarū, qui sibi eligunt confessores, cum episcopo, vel eius penitentiario, vel archiepiscopo ciuitatis debeat confiteri. de offic. archipresb. capitulo. j. et c.

¶ De

¶ De sententia excommunicationis. Rubrica.

¶ Quia excommunicatio est pena contumacie, cum fertur ab homine. si vero fertur a iure, est pena delicti, vt per se patet: ideo post tractatum penarum subiungit de sententia excommunicationis. Materia habetur. xi. q. i. per totu. xxiiij. q. ij. & iij. q. iij. Repetitur in Sexto, & in Clemen.

1 Absolui potest ab episcopo loci impubes, qui clericu percussit modica lesione. 9.
2 Peccatum quandoque alleuiat minor etas.
3 Delinquendi causam tria inducunt, scilicet odium inuidia, & indignatio.
4 Violentie appellatione in materia delictorum stricte sumitur violentia dolosa. & ad penam excommunicationis incurrendam.
5 Excommunicationis sententiam incurrunt clerici sese percutientes.
6 Absolutionem excommunicationis non tribuit episcopus percutienti clericum animo deliberato enormiter.
7 Excommunicationis sententiam incurrit percutiens clericu, vel corrigens causa indignationis.
8 Ab excommunicatione an excuset etas. 10.
9 Absoluere an possit legatus percutientem clericum.
10 A pena delicti quando excusare videatur etas.
11 Excommunicati an sint clerici, qui se iocose percusserunt.
12 Excommunicationem non incurrit prelatus, qui ratione prelationis clericum corrigendo percussit.
13 Excommunicationis sententiam an incurrat pater filium clericu corrigendo percutiens.
14 Filius in ordinibus constitutus an excusetur a patria potestate.

1 Super eo. ¶ † Impubes qui clericu percussit, ab episcopo loci pot absolui. hoc primo. Qui ioco, vel ca disciplinę percussit clericum, excommunicat9 nō est. hoc scdo. Qui vero odio percutit clericum, excōicatus est & solum per papā absoluitur. hoc tertio. Et sunt
2 tres partes. Scda ibi: ne clerici. Tertia ibi: ceterum. ¶ † Not. 1. q minor etas quandoque alleuiat peccatū. ¶ Secūdo nota q iudiciū
3 quandoque excusat a delicto. ¶ † Nota tria, que inducunt dolum, & causam delinquendi, odiū, inuidia, & indignatio. ¶ Quarto no.
4 q intent9 castigandi excusat a delicto, & pena delicti. ¶ † Nota q appellatione violentie in materia delictorum stricte sumitur violētia dolosa, & ad penam excōicationis incurrendam semper exigit
5 violentia dolosa. ¶ † Opp. q clerici sese percutiētes nō sint excōicati: q saltem se defendens nō est excōicatus. j. eo. si vero. §. pe. Solu. Hic erat dubiū qs esset impugnans, & qs defendēs: ideo ambo in dubio reputant excōicati, tāq tutius. Ad hoc de spō. iuuenis. Vel scdo dic q iste incontinenti nō repulit vim vi, sz ex interuallo vim repulit non propulsando, sed excedendo modum excessit.
6 ¶ † Oppo. ij. q percutiēs clericū aio deliberato, non sit ad sedem apostolicā remittendus: de. c. peruenit. j. e. So. Cōtrarium loquit
7 in modica, non in enormi. ¶ † Oppo. tertio q percutiēs aliquem causa disciplinę incurrat excōmunicationē: vt patet per. c. presbyterū. de homic. Sol. Qnque corrigēs percutit causa indignationis: et tūc pcedit ɔtrarium. Qnque nō causa indignationis: & tūc pce-
8 dit iste tex. ¶ † Quero an etas excuset ab excōicatione. Dic q nō: sed bene excusat a necessitate accedēdi ad sedē apostolicā. j. e. quis. ¶ Quero, que requirant ad hoc vt qs cadat in canonē, si qs suadēte. Doc. dicūt q tria. Primo factū, dū dicit, iniecerit. vn si solū iuberet, & nō sequeret pcussio, nō incideret in canonē. Scdo requiritur q percussio fiat animo iniuriādi: & hoc ptz, dū canon dicit, si qs suadēte diabolo. ad hoc iste tex. Tertio, violētia, dum dicit violentas. ad hoc. j. e. nuper. qd est argumētum ɔ hoc. Idē no. p Archi. xvij. q. iiij. si quis suadente. Quidā dicūt q qq hoc sit regulare, tn qnque fallit: q punit violentiā sine manuum iniectione: vt j. eod. nup. & ibi plene no. quid de deturpāte vestes clerici, vel detinēte ipsum per illas, vel res suas. Qnque punit iniuriā, siue violentiā: vt. j. e. ɔtingit. Qnque solā iniectionē sine iniuria, & violentia: vt
9 j. eo. vniuersitatis. ad hoc ibi no. per Jo. Andr. ¶ † Quero an legatus possit absoluere. Dic q sic. j. e. ea noscitur. de offic. lega. qd translationē. Nec ob. iste tex. q dicit q solus papa: quia ad text. est subaudiēdum, & ipsius legatus. ad hoc. j. e. ad eminentiam. ¶ Ve-
10 nio ad glos. † Et oppo. cū secūda q etas non excuset a delicto. C. si aduer. delic. l. ij. ff. de mino. l. auxilium. Sol. Etas nō excusat totaliter, sed delictū attenuat, vt hic: licet gl. non soluat. ¶ Eadē glo. circa suū prin. ibi: non ab excōicatione. dic vbi sunt doli capaces: alr excusaret etiā ab excōicatiōe. Et attēde q ēt facti maiores nō debēt mitti ad sedē apostolicā: sed p delicto cōmisso intra pubertatis annos, vt pbatur. j. e. c. si. ¶ Eadē gl. in si. Sol. Quidam dicunt: dic q ibi loquit de infirmitate animi minorū. xv. annis. Secus de infantib9. ad hoc. s. ti. j. dis. in. j. glos. Sed solue, & melius, q etas doli capacis non excusat quo ad hoc vt non puniatur: ita loquitur ɔtrium: sed quo ad hoc vt mitius cū eo agatur, bene excu-
11 sat. ad hoc no. s. de delic. pue. c. j. ¶ † Querit alia gl. an clerici ioco se se inuicē percutiētes sint excōicati, an solū releuentur a grauamine accedēdi ad sedē apostolicā. Dic q nō sunt excōicati. Idem doct. qui dicit q in primo casu capituli hz locū prima regula. c. si quis suadente. in scdo casu neutra. in tertio vtraque, que hz locum. Tn dicit Host. q qq licitū sit clericis ludere, etiā manualiter, tn tutius est abstinere, ne deueniant ad iram, & sic ad rixā. Et etiā dicit hic posse colligi duos casus, qn pcutiens clericū non incurrit excōicationē. Certos notauit Inn. in. c. nō dubiū. & c. veniēs. j. eo. & ipse Host. no. xxi. in Summa. c. titu. §. qs possit sub. §. super illos
12 aūt. † Quid si rōne plationis prelatus corrigit clericū, an incurrat
13 excōicationem: Dic q non. † Quid de patre quo ad filium. Dicit gl. q filium in minoribus ordinibus constitutum potest corrigere sine pena ista. Idem dicit de propinquo. alleg. j. eo. cum voluntate.
14 allega. etiam alia iura. ¶ † Nota glos. quod minores ordines non excusant a patria potestate. De quo de etate et qualitate indecorum. qui si. sint legit. per venerabilem. & nota. j. eodem cū voluntate. & ibi dicam.

1 Absoluit abbas monachos se inuicem percutientes.
2 Monachorum appellatione non veniunt canonici regulares.
3 Absolutio excommunicationis propter iniectionem manuū violentam in clericum, quo casu non remittatur ad papam.
4 Delictum quandoque attenuat confraternitas.
5 Excommunicationis sententiam incurrunt monachi se percutientes extra claustrum.
6 In penitentia monachis iniungenda supplet indiscretionem abbatis episcopus.
Monachi correctio in secundo loco spectat ad episcopum.
7 Absolutio excommunicationis, quam incurrit monachus percutiendo abbatem, remittitur ad papam.
8 Monachus percutiens monachum alteri9 monasterij, a quo absoluetur.
9 Monachus an remitti debeat ad fines absoluendi eo, q monachum percussit, si abbas deficit, vt q non subest.

1 Monachi. ¶ † Monachos se inuicē pcutientes absoluit abbas. Idē in canonicis regularib9, quos si abbas propter ipsi9 indiscretionē absoluere nō valeat, ad epm diocesanū spectat abso-
2 lutio. h. d. ¶ † No. j. q applone monachorū nō cōprehēdunt canonici regulares, nec ɔ: lz qnque parificentur. Ad hoc vide no. de sta.
3 mona. qd Dei. ¶ † Secūdo nota vnū casum, in quo nō transmittitur clericum pcutiens ad sedē aplicā, qn: s. se pcutiunt in claustro mōachi. Qd intellige, si irato aio, & nō iocose hoc facit: vt. s. c. pxi. Alium habuistis rōne etatis. s. e. c. j. & ibi notatum fuit de alijs ca-
4 sibus p modum remissiōis. ¶ † Tertio no. q cōfraternitas qnque
5 delictū attenuat. † A ɔrio no. q si monachi extra claustrū se pcu-
6 tiunt, incurrāt excōicationē. De hoc no. j. e. cū illorū. ¶ † No. q in pnia monachis indicenda supplet indiscretionē abbatis eps. Et sic patet q correctio monachi primo modo spectat ad abbatem, et secundario ad epm. de hoc de off. ord. qto. ¶ No. q ex illo vniuersali. quocunque, videtur ēt si enormiter se percutiant. Dic ɔtrium. j.
7 eo. pro illorū. ¶ † Opp. cū gl. j. q mittat monachus percutiens ad sedē apostolicā. j. e. cū illorū. Sol. Nō mittit, si percutiat monachū dūtn nō enormiter: sz si abbatē pcutiat, epm, vel aliū clericū secularē, trāsmittit: vt ibi. Qd intellige vt in. c. religioso. e. titu. lib. vj. scz eo casu, quo cleric9 secularis ad sedē apostolicā mittend9 est: iuxta
8 no. in. c. pruenit. j. eo. † Quid si percutiat monachū alteri9 monasterii. Dic q per abbatē vtriusque absoluet. j. e. cū illorū. & c. canonica. ¶ Quid si monach9 pcutiat monialē, vel cōuersum, vel cōuersum, vel clericum. Dic q ab epo absoluetur: Quid si monachi sint in probatione. Dic q procedit tex. in. c. cū illorū. & in. c. religioso. eod.
9 tit. lib. vj. ij. rnso. † Quid si abbas deficit, q non subest, an remittatur ad episcopum. Dic q sic: & sic in grauioribus, & deficiente prelato recurrendum est ad episcopum. Ad primum de offi. Archi. c. si. Ad secundum de off. ord. c. quanto.

1 Absolui potest ab episcopo ostiarius, qui clericum non grauiter percussit. 10.
2 Excommunicatus non est, qui clericum percussit vim vi repellendo. 12.
3 Excommunicationem non incurrit, qui percutit clericum turpiter inuentum cum persona propinqua. 8.
Delictum committens iusto dolore motus, vt q inuenit clericum cum matre, aut sorore, excusatur a pena.

4 Proxima persona, que dicatur, vt quis excusetur a pena delicti commissi in personam inuentam turpiter cum proximo. 9.
5 Excommunicationem incurrit, qui clericum pulsando verberat.
6 Excommunicationem vt quis videatur incurrere propter manuum iniectionem in personam clerici, de qua persona intelligatur.
7 Excommunicationem quibus casib⁹ videatur quis incurrere, vel non, per manuum violentam iniectionem in clericum.
9 Clericum inuentum cum persona propinqua in loco suspecto non tamen turpiter agentem, an percutere liceat impune.
A pena delicti an excusetur, qui percutit clericum inuentum in loco suspecto, non tamen turpiter agentem cum propinqua.
11 In clericum an possit laicus manum iniicere de mandato prelati.
13 Homicidium an videatur incurrere, qui occidit inuentum cũ spõsa de presenti turpiter agentem, vel cum matre, sorore &c.

1 **SI vero alicuius.** ¶ † Ostiarius, qui clericum pcussit non grauiter, ab epo põt absolui, h. d. primo. Officialis vero percutiens clericũ, p papã d3 absolui. hoc scdo. Qui repellendo vim vi clericũ percussit, excõicatus non est. hoc tertio. Qui percutit clericũ turpiter inuentũ cũ persona propinqua, excõicatus non est: secus si cũ remota. hoc quarto. Partes patent. Scda ibi: officialis. Tertia ibi: si vero. Quarta ibi: ceterũ. ¶ Not. officij necessitas qñq3 delictũ attenuat. ¶ Nota casum, quo percutiens clericum non debet ire ad curiã. ¶ Tertio nota q vbi quis excusat ab itineratione ad sedẽ aplicã in pcussione clerici pretextu alicuius qualitatis, vel accidentis, excusatur ita demũ, si delictu3 non sit enorme. ¶ Quarto no. q rõne officij ledens clericũ, vbi nõ h3 potestatẽ ɔ clericũ ex proposito, nõ excusat a grauamine l difficultate absoluẽdi. ¶ Quinto no. q nulla ptãs dat laico in clericũ. ¶ Sexto no. q vbi casu, & nõ ex proposito qs percussit clericũ, excusatur a grauamine eundi ad sedẽ apostolicam pro absolutione.
2 ¶ † Septimo nota q laicus, et percutiens clericũ se defendendo, dũ tñ incontinẽti, & seruato moderamine, non incurrit penã excõicationis: & sic defensio est ẽt a iure canonũ cuiq3 pmissa. ¶ † Octa-
3 uo no. q dolor turpitudinis causat⁹ a cõiuncta, & impellens quẽ3 ad manuũ iniectionẽ in clericũ, excusatur a delicto, & pena delicti.
4 ¶ † Nono nota q dicantur persone proxime: qr ille dicitur proxi-
5 me mater, soror: & filia. ¶ † Decimo no. sicut pulsatione quis ver-
6 berãdo incurrit excommunicationẽ, ita & captura. ¶ † Quero de qua potestate loquitur tex. Dic siue sit ecclesiastica, siue tempora-
7 lis: qr loquit generaliter. de ma. & obe. solite. † Quid si non loricat⁹ seu armatus veniat in bellũ, vel insultũ faciat: is, ɔ quẽ venit, eum capit, vel ledit: an est excõicatus: Dic, si se defendendo eũ capit, nõ incurrit excõicationẽ, dũ tñ facta defensione eũ dimittat, secũdum Hostiẽ. Si impugnãdo, & eũ cognoscit, incurrit excõicationẽ: sed ad sedem apostolicam non transmittetur, secundum Innocen. Si eũ non cognoscit, non incurrit verberãdo excõicationẽ, nec capiẽdo. j. c. proxi. Per hoc dicit, si officialis talẽ capiat, & liget propria authoritate, cũ periculũ imminet, nec als possit ab alteri⁹ iniuria cõpesci, nõ est excõicat⁹, imo merei. xxiij. q. iiij. fortuito. ij. q. vj. negligere. v. q. v. c. j. ij. & iij. & c. qñto. Qd putat Hos. si q cito põt, ipm plato restituat alias esset ɔ. j. eo. vt fame. §. laici. & de ma. & obe. solite. §. j. ver. si. vbi de hoc. Plus dt Inn. q si illũ clericũ occideret, ne alium occidat cleric⁹, non est excõicat⁹, l3 sit irregularis: vt in cle. si furiosus. de homi. modũ tñ seruando. Pro rebus aũt si eũ occideret, excõicatus esset: qr tũc excederet modũ. de homi. suscepim⁹. Quidã tamẽ dicunt q si res aliter defendere non posset ipsu3 posset occidere impune. Idẽ si res essent aliene q eas defendendo, vel etiã recuperãdo incontinenti, nõ incidit in excõicationẽ: arg. j. de resti. spo. olim. infra vbi non incidit l excõicationẽ, nisi excedat modũ. Hoc puto verũ quo ad penã excõicationis: incurrit tñ irregularitatẽ. s. de homic. c. ij. & c. suscepim⁹. & c. significasti. Ideo tu dic, Qñq3 talis est persona, ad q nõ spectat defensio rerũ rõne alicui⁹ qualitatis: & talis offendẽs clericũ est excõicat⁹. Facit. §. si. hui⁹. c. Qñq3 ipsi⁹ interest: & tunc aut excedit modũ & idẽ, Aut nõ excedit modũ: & tunc aut ex offensione sequit mors aut mẽbri debilitatio: & non est excõicat⁹: tñ bene efficit irregularis: vt no. i cle. si furiosus. de homi. Aut neutrũ sequit: & tũc nec est excõicatus, nec irregularis. ¶ Quero qs probat q ex deliberatione. i. scienter, & maligne, vel indeliberate fecit; Dic q cleric⁹ cõquerens h3 hoc probare: tũ qr actor. vj. q. vlti. actor. tũ qr glibet psumit bon⁹, nisi probet mal⁹. s. de psum. c. si. Nã dol⁹ nõ psumit, nisi iudex ex verisimilib⁹ causis animũ suũ informet aliter, p qd onus probãdi, indicat illi. C. de dolo. l. dolũ. sm Inn. & Host. remittit. j. c. cũ desideres. §. ij. Quid si laic⁹ leuiter pensus a clerico pcutiat clericũ volentẽ plus percutere, an sit excõicat⁹. Dic q sic: si tñ clericus venit ad percutiendũ, vel se parat, vel de hoc verisimiliter dubitat laic⁹ percutiens clericũ, ad imminentẽ violentiã repellendã, nõ incurrit excõicationẽ: argu. ff. ad legẽ Aqui. l. scientiam. §. qui cũ aliter. & l. sed & si quẽcũq3. Quid si non ad sui tuitionẽ, sed patris, matris, filij, vel vxoris causa hoc faciat. Dic q non est excõicatus: arg. ff. qd met. cã. l. isti quoq3 [illegible]. Idẽ in socio: qr socij iniuria propulsanda est. xxiij. q. iij. non inferenda. & c. non inferenda. de resti. spo. olim. ad fi. Nam vt dt Inn. ibi solus eps non spoliauit hospitale, imo alios comites habuit: & tamẽ non sunt excõicati, nisi modũ excesserint. Per que vr. idem in defensione extranei. Alij dicunt, vt ipse refert, hoc verũ in defensione illarũ personarũ tantũ, per quas dr nobis fieri iniuria: sicut vxor, filij & serui. Inst. de iniu. §. pariter. Host. remittit. j. c. dilecto. li. vj. & de homi. suscepimus. & vide qd no. in cle. si furiosus. in gl. pe. Plus dt Gul. de Cu. in. l. vt vim. ff. de iust. & iure. q impune qñcunq3 posset defendere. Hoc probat: nam homo homini d3 seruitiũ. de iniur. l. ij. §. offerri. de serui. expor. l. seruus ea. ff. cõmo. l. in cõmodatio. §. j. Itẽ q inuadit inuadentẽ, cõmittit illicitũ: ergo defendendo cõmitto licitũ: ar. l. j. circa princ. ff. ne qs eũ, q in ius voc. vi. exi. Itẽ & cu3 amicis meis possum recuperare possessionẽ amissam: vt. l. iij. §. iij. ff. de vi & vi arma. & qlibet amic⁹, q vult me sequi cũ sit inter nos cognatio. ff. de app. non tñ. vide in cle. si furiosus. de homi. in gl. pe. & ibi no. q irregularis est, q q excõicationẽ nõ incurrat, q q ergo pro defensione rerũ propriarũ, vel aliarũ, vel psone qs nõ incurrat
8 excõicationẽ, nõ tñ euitat irregularitatẽ, vt ibi dr. ¶ † Quero an pcedat tex. in matre adoptiua, vel sorore. Dicit Host. q nõ: sed in
9 naturalib⁹ tñ sic. Ad hoc. ff. de in ius voc. l. iiij. §. parẽtes. † Quid si inueniat clericũ solũ cũ sola in loco suspecto sedentẽ, nõ tñ turpiter agentẽ, an poterit ipsum pcutere. Jo. an. dt q nõ, sm Pet. nisi forte illũ monuisset, sm formã aut. si qs ei. C. de adul. S3, vt dt Hostien. forte illa aut. nõ procederet sm canones: qr l3 sm leges turpiter inuentũ, vt in casu hui⁹ aut. l3 pcutere, tñ sm canones solũ h3 capere, nõ occidere, si alias põt. de penis. c. ij. & s. tit. j. c. ij. sm Host. Nota bñ qd illa aut. nõ h3 locũ sm canones. ¶ Ultimo hec decre. facit q valeãt statuta, q disponũt q licitũ sit cõsanguineo se vindicare de occisione. vel vulnere cõsanguinei: & q bãnit⁹ posset impune occidi. De quo p Jo. in addi. Spe. in tit. de consti. & p3 per eum in. c. si. de cõsue. & vide in disputatiõe regule, q qs. de reg. iur. li. vj. & ibi Jo. And. cõcludit q valeat statutũ. & vide Bart. in. l. ij. ff. de
10 iusti. & iure. ¶ † Uenio ad gl. & opp. q non debeat incurrere excõicationẽ ostiari⁹ pcutiens: qr ex quo casualiter fecit nõ põt dici dolose fecisse. So. Dic q malignat⁹ fuit, & dolose percussit alias non esset excõicat⁹. Attenuat tñ forte penã, qr hoc fecit forte in furore, & non deliberate: qr nõ excusaret pretextu officij: vt p3 hic in scdo rñso. Et ideo dñt doc. ptextu officij, eps absoluit hũc ostiarium, quẽ alias nõ absolueret. Uel dic ad hoc faciendũ necessitabatur ex qualitate officij. In scdo aũt rñso forte ad hoc non necessitabatur.
11 ¶ † Quero an de mãdato plati possit laic⁹ iniicere manũ in clericũ. Glo. dt q non nisi clerici delinquerẽt, & alr ad iudiciũ trahi non possent: qr tũc de mãdato prelatorũ capi pñt, & trahi ad iudicẽ ec-
12 clesiasticũ. j. eo. vt fame. & j. c. ti. si clericos. li. vj. ¶ † Glo. sup verbo, vim vi. opp. q se defendendo percutiens incurrat excõicationem. ar. s. de homi. significasti. Sol. Intellige q hoc fecit seruato moderamine inculpate tutele. ¶ Opp. cũ gl. q est sup verbo, oẽs leges. q oẽs leges hoc nõ dicãt: qr nõ loquunt oia iura de isto. Sol. Intellige oẽs leges de hac materia loquẽtes: & sic idefinita restringit.
13 † Quid in sponsa de pñti: Dicit gl. q idẽ: qr & lex pmittit illã accusare iure mariti. ff. de adul. l. si vxor. j. rñso. Idẽ credit, si non est vxor, sed loco vxoris hr: vt ibi dr, sm Uincẽ. Gof. Facit qd no. de do. inter vi. & vxo. plerunq3. in vlti. glo. Quid de ascendente a mre. Dicit gl. vr q oẽs cõprehendant: vt dt lex. ff. de ver. sig. l. appellatione. & noĩe liberorũ oẽs descẽdentes: vt. d. l. liberorũ. & no. j. de ver. sig. c. ij. Dicit glo. q nõ credit hoc extendendũ ad descẽdẽtes. Et hoc putat Inn. quo ad collaterales, vel affines: cũ minor sit iniuria: & sic non est licentia extendẽda. Uide qd no. gl. in cle. vna, in gl. cõprehendit. de bap. Host. dt hoc tuti⁹. Dicit tñ q lex addit excipiendo neptẽ, & spõsam. in aut. vt li. matri & auie. §. qr vero. collat. Distinguerẽ inter neptẽ ex filio, & neptẽ ex filia, facit. ff. de sena. l. liberos. in fi. Hoc ẽt sentit gl. in. d. c. vno. in cle. de bap. tñ glo. per Bar. est verior, p ea, q no. in. l. patri. ff. ad legẽ Iul. de adul. vbi dñt doc. q illud, qd ibi dr de patre, nõ extendit ad auum, nec ad alios descẽdẽtes. Et est rõ: qr cũ materia sit odiosa eo, q permittit pri interficere filiã: sic ẽt immittere manũ in clericũ inuentũ cũ personis, de quib⁹ in tex. ideo stricte & proprie est intelligenda. arg. regule, odia. de reg. iur. lib. vj. Et ad hec dicta facit iste textus in fin. &c. Anto. de Butrio.

1 ☞ Excommunicatus non est, qui clericum percussit probabiliter hoc ignorans. 7. 8.
2 Clericus ex quo arguitur non clericus ex delatione come, an percutiens illum incurrat sententiam excommunicationis. 9.
3 Exteriora aperiunt interiora.

Iura-

4 Juramento recusans se purgare super his, que in eius conscientia consistunt presumitur in dolo.
5 Purgatio iuramentalis indicitur ex simplici presumptione.
6 Dictio, sicut, velut, similitudinariam impropriectatem denotat.
8 Clericus an perdat clericale priuilegium, eo ꝙ inuentus est in habitu laici.
An indistincte talis quis esse presumatur, qualis in habitu reperitur. nume. seq.

